

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

OPERA  
IOSEPHI VIRI IN-  
TER IVDAEOS DOCTISSI-  
MI AC DISERTISSIMI, QVAE AD  
NOSTRAM AETATEM PERVENERVNT,  
OMNIA, NIMIRVM:




DE ANTIQVITATIBVS  
IVDAICIS LIBRI xx. QVIBVS IN FINE  
LOCO APPENDICIS VITA IOSEPHI PER IPSVM  
conscripta, est adiecta: De bello Iudaico Libri VII. ex collatione Graco-  
rum Codicum accurate castigati: Contra Apionem Libri II. pro corru-  
ptissimis antea, iam ex Greco itidem non solum redacti, sed etiam sup-  
plicati, ac integrati pristina restituti: De imperio rationis sive de Mac-  
chabais Liber unus, denuò recognitus; Antehac à Grece lingua peritis-  
simo, ac historiarum studioſimo viro in Latinum sermonem trans-  
lata, & ad exemplum Graci Codicis accurate distincta.

NVNC VERO SVMMA CVM DILIGENTIA CHRONOLO-  
gia ad caput vniuersusque folij, cum ex veterum tum recentiorum Scriptorum  
Commentarijs, cumq; scholijs necessarijs, per doctum quendam virum in  
communem Rei literariz vtilitatem recens concinnata.


CVM FIGVRIS ET INDICE LOCVPLETISSIMO.

FRANCOFORTI.  
CIO. ID. LXXX.

OMNIA QVAM ABSOLVTISSIME HAC EDITIONE EMENDATA, ET A  
mendis, quibus scatabant plurimis repurgata.



ILLVSTRISSIMIS PRIN-  
CIPIBVS AC DOMINIS. DOMINO  
FRIDERICO VVILHELMO ET IOANNI, FRA-  
TRIBVS, DVČIBVS SAXONIE, LANDTGRA-  
uijs Thuringia & Marchionibus Misnia, &c.  
*Dominis suis clementissimis.*



**R**E P E T E N T i mīhi varia literarū studiā, ad quæ nos statim in ipso adhuc iuuentutis flore, vt veræ laudis gloriam assequamur, mittunt parentes: nullum equidem mihi visum est vel iucundius singulis, vel utilius, ac perinde magis necessarium vniuersis, his præsertim quibus olim Reipublicæ gubernacula referuantur, Duces Illustrissimi, atque est illà multiplex & copiosa gestarum rerum testis Historia. Quia enim nuncia est vetustatis, vt præclarè dixit Cicero, fieri non potest, quin ipsa sit ceu quædam honestæ vitæ officina, ex qua in dubijs rebus certa sibi quisque petere consilia, certas sibi & tanquam viuas ad benè viuendum proponere imagines & possit & audeat. Nam reliquæ, quas vocant liberales, artes vniuersæ, quid quæso in Rebus publicis facient, vbi non illis accesserit gestarum rerum cognitio? Atqui historia nō tam exempla, quam incitamenta etiam quædam habet, quæ vel crudelissimos, & ab omni penitus humanitate alienos, in quandam mansuetioris vitæ cōsuetudinem inuitare, vel rapere potius pos-

E P I S T O L A D E D I C A T O R I A.

sint: id quod nec vlla hominum leges, neque vlla Philosophorum præscripta præstare queant. Quid enim leges queant aliud, vbi non ex aliqua præclarè rei gestæ cognitione emanârint, præterquàm cogere, terrere, punire? Philosophi autem in vmbra & ocio quædam liberè, ad formandos indocti vulgi mores, in disputationem vocârunt: quæ hoc minus peccâdi licentiam arcent, quò minus est videri aliquid, quàm esse, hoc est, quò maior est opinione veritas. Quando enim non ab honesto iustitiæ ad iniustitiam declinavit, qui vel rigidarum vim legum, vel superciliosa Philosophorum duntaxat præscripta calluit? Ab iniusticia verò ad immisericordiam nónne fácilis est transitus? Immisericordiam nónne, tanquàm necessariò, sequitur crudelitas? Crudelitatis nónne cōmes est ferina illa, & quæ omnem prorsus agendarum rerum electionem excludit, Immanitas? Dij melius, quàm sic vñquam habenas rerum teneant honestatis ignari. Porrò quisquis præteriorum rerum cognitionem tenuerit, facilè ex his, quæ virtutis adminiculo facta recensent historiæ, intelliget, quantum ei, qui alijs præest, crudelitatem fugere liceat: & hoc agere semper, vt quàm maximè fieri possit, ametur à plurimis, timeatur à paucis. Nam si maioribus nostris credimus, ciuitates & regna, fide & clementia magis, quàm vi & armis conseruantur. Crudelitatem enim exercere in ciues, vt est pusilli, & omnia timentis animi signū, ita Clementia cōciliare sibi nō vnos duntaxat ciues, sed & hostes, excelsi & magnanimi spiritus argumentū esse solet. Quocirca nō infrequéter maior est virtus seruasse hostē, quàm extinxisse. Seruato enim hoste, sæpius victoriæ triūphos ducere, sæpius clementiæ documenta præbere licebit: quorū neutrū assequitur victor, si temerè, & quò sese fortunæ impetus rapuerit, feratur in hostem. Etsi enim difficile est temperare cōceptis animo affectibus, tamē qui quis famæ studio, & honestæ laudis cura tāgitur, nō magis indulgere sibi quàm imperare etiam gloriosum duxerit. Qui secus est affectus, illum ne Thersites ille quidem, omniū qui ad expugnandā Troiā venerunt ignauis simus, in hostes secum ducturus fuerit. Nam ignauos Duces, non raro mutationes rerum sequuntur: quæ deinceps cædem, fugam, aliaque hostilia, vt scriptum à Sallustio, portendunt. Neque verò dico, velle me quenquam ab obeundis publicis patriæ officijs remorari, ob eam tantùm causam, quòd difficile sit bene imperare alijs. Etsi enim difficile est bene imperare, haud ideo tamen publicorum officiorum molem, cuiquam Principi viro, si ea ultra offeratur, fugere permiserim. Qui alias enim regit & seruat, dum plurimorum curam gerit, dum miserorum necessitates tanquàm in humeros suos transfert: Ille demum sibi immortale, & omni quoque ære perennius nomen parat. Qui uero nullam earum rerum, quas hīc recensemus, habuerint scientiam, illos ego nimirū ad pascendos armentorum greges tantisper relegauerim, dum facti prudentiores, intelligent, quàm non sit tutum, illotis, vt aiunt, pedibus, ad tām augustum seruandæ Reipublicæ munus accedere. Nam vt alibi scripsit Xenophon, οὐτοι τὰν ἀλλα, ζῶντες εἰπόντες, οὐτε θερέτων αὐχεῖσθαι. Quod tamen paulò post facillimum fore ostendit, si rerum agendarum usum cum prudentia accesserit. Quis enim non pareat illi, qui cum summa rerum prudentia, summam quoque fidem, clementiam, constantiam, æquitatem, vigilantiam, sedulitatem, labores, sobrietatem; & alias id genus Heroicas plane



EPISTOLA DEDICATORIA.

planè virtutes copulauerit? Tantus enim est quisq; in Repub. quantum se virtutibus ostendit. Et quisquis præficitur alijs, tanquam cōmune aliorum ciuium spectaculum constituitur. Quem nemo facilè præcipientem audiet, nisi illud, ad quod euectus est fastigium, suis quodammodo virtutibus reddat ornatius. Animi ornamenti opus est, quæ quidem à virtute proficiuntur, vbi magistratus audientes velint habere ciues. Cæterū ne ad formandos optimos cuiq; mores recta desint studia, vtq; non tam priuatam quām publicam patriæ quoq; salutem tueri contendant ciues, ac subinde nouam semper patriæ gloriam comparare studeant, ad ea duntaxat adjicendus est animus studia, quæ bonorum omnium consensu ad omnem virtutem sunt accommodatissima. Quo in ordine vel primas obtinet Historia, ex qua tanquā ab oraculo ciuilia petenda censemus instituta, cùm quod ea sit vna quæ recte aut secus factorum memoriā habeat, tum quod quenq; officij sui commonefaciat magis, quām vllæ statuæ, magis quām vllæ Pyramides aut imagines maiorum. Propterea longo rerum vsu veteres olim sapientes cùm domi tum foris acquisito, varia ac ferè semper pugnantia vulgi studia cognoscentes, varias vitiorum pœnas, varia vicissim egregiè factorum præmia statuerunt: id quod hodie vna, & prorsus vnica nobis præstare, & tanquam in speculo quodam repræsentare queat historia. Ac ne nimium de laudibus historię dixisse videar, quas & multi docti passim scriptis suis celebrauerunt: res ipsa clamat, non esse vllum genus literarum humanę vitę utilius ac commodius Ecclesiastica historia, quę supra alias dignitatis eminentia, quām ea & mole rerum ac varietate, & illustribus omnis generis virtutum vitiorumq; exemplis locuples sit, consultò dicere prætereo. Quę tamen duo tanta sunt, vt si recte gratias habemus illis immortales, qui alios historicos ediderunt, interpretati sunt, emendauerūt, illustrarunt, certè non erat Flauio Iosepho cur eandem operam denegandam quispiam iudicaret. Certatim & superioribus & hoc ipso nostro felicissimo tempore, à multis eruditione industriaq; insignibus viris in Antiquitatis noticia, eruenda, in lucem proferenda explicandaq; laboratum est, non sine honestissimi cuiusque mortalium summo applausu: eorum nullus ferè est qui nō Iosephi huius auxilio se vsum fuisse fateatur. Sunt enim in hoc autore multa diligenter indicata, explicataq; de legibus & institutis Hebræorum, quę antiquiores illi scriptores aut silentio, tanquam nota suis hominibus, transmiserunt, aut attigerunt obiter: quę tamen non intellecta, multum tenebrarum letori offundant: cognita, mirum in modum expediant. Deinde quòd spectat ad historiam ipsam per se quam tractat, manifestum est, eam quę sparsim, diuersis locis, apud diuersos autores tradita erat, summa perspicuitate, optimaq; fide ab Iosepho esse cōpositam & illustratam: vt non modò res gestę, sed (quod est potissimum, & cognitu præcipue dignum) earum causę, progressus, fines, euentusq; ob oculos sint potissimi. Huius historiæ præstantiam animaduertens ego, & à plerisq; omnibus eandem illam historiam commendari, atq; in cœlum vsq; euehi cum audirem, vt cuiuis historiarum studioso, plus quām antea compertam redderem, typis euulgādam recepi. Opere verò legitimè perfecto, & habito prius doctissimorum virorum consilio, cum opus istud iam antea vsui publico expositum: multis nihilomi-

## EPISTOLA DEDICATORIA.

nus vel Typographorū incuria mendis labefactatum cum reperisse, nullis sumptibus, vigilijs & peritorum hominum laboribus parcendum existimauit, quin rem adeò preciosam accuratissimè recognitā, Historiarum studiosis possem exhibere. Sed cū ad finem iam progressus essem, subuererī cœpi, num hoc meum quātumuis ob publicam utilitatem institutum à cauillatorum & Zoilorum mōribus tutum esse posset. Itaq; mecum deliberaans, quibus tutelā huius editionis potissimum committerem, nulli visi sunt magis idonei & maiore in existimatione constituti c.v. quos ego (licet infirmus) inter tot & tantos Principes & Illustres viros ob insignē iustitiā, pietatem, fidem, & erga omnes clementiam, patronos mihi eligerem, quos Philosophicum illud pro scopo semper habuisse constat: Imperes vt vénereis magis, & ameris, quām vt metuaris. Deinde mouit me, vel in primis Illustriſ. Ducis quondam, Domini c.v. progenitoris memoria: cuius et si mihi videndi audiendiq; occasio non contigit: sola tamen publica fama tantum animi desiderium excitauit, vt satiari illud prius non possit, quām aliquo officio saltem erga posteros eius, quoniam erga ipsum non datur, fuerit operosum. Nam vt alias ipsius virtutes, tūm foris, tūm in patria decantatas, negligere vellem: cuiusmodi sunt: Fortitudo, tam bellicā quām togata, quarum vtrarumq; prudentia sapienter rexisse: Grauitas, quām mirabiliter humilitate, comitate, urbanitateq; temperasse dicitur: Eloquentia, diligentie studio, & multarum rerum vsu parta: Liberalitas erga omnes, præsertim erga literarum & bonarum artium studiosos: Constans benevolentia & non simulata fidelitas, non modò erga propinquos & domesticos: sed etiam erga subditos suos omnes, pauperes æquè ac diuites: Pietas erga Deum & Ecclesiam sincera: & aliæ quāmplurimæ, iam olim doctissimorum virorum monumentis celebratæ virtutes. Hunc ergo tantum honestissimarum virtutum non modò fautorem, sed etiam cultorem, quis amore non complectatur? quis nomen gentemq; eius honore non prosequatur, qui quidem earundem virtutum amator, non contemptor & hostis sit? Itaque mihi, etiam si nullā alia esset huius nuncupationis causa, hæc certè, memoria, inquam, ac desiderium c.v. parentis satis idonea esse posset.

Ad v.c. igitur, Principes Illustriſimi, doctorum omnium Mæcenates, & quorumlibet, qui aliquo modo de Republica bene mereri cupiunt, fautores summos, supplex accedo: Et c.v. Opus hoc Antiquitatum Iudaicarum prædicti Flauij Iosephi offero, obnixè petens, vt istud ea quā solet Clementia excipere dignetur, mihiq; lubeat in posterum sub tanta v.c. autoritate maiora & grauiora edere Deum deniq; optimum maximum, vt quām diutissimè c.v. nobis conseruet incolumes, humili prece oro, eidemq; submissè me commendo. Francofordiæ ad Mœnum Calend. viiibr. anno Domini  
CIO. IC. LXXX.

C. V.

Humillimus Cliens.

Sigismundus Feyerabendt  
Bibliopola.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

# FLAVII IOSEPHI DE ANTIQUITATE IUDAICAE, ORVM CONTRA APIONEM

Alexandrinum, ad Epaphroditum,

L I B E R I.

Opera Sigismundi Gelenij restitutus.



UFFICIENTER, ut arbitror, & per libros Antiquitatum, optime virorum Epaphrodite, legentibus eos, aperui de nostro genere Iudaorum, quia & vetustissimum est, & primam originem domesticam habuit. Quinq<sup>u</sup> millium enim annorum numerū historiam continentem, ex nostris sacris libris Graco sermone conscripsi. Quoniā vero multos video, respiciētes blasphemiam quorundam insanè prolatam: & ea que à me de antiquitate conscripta sunt, non credentes: putantes mendacium nostrum esse genus, eo quod nulla memoria apud Gracorum nobiles historiographos digni sunt habiti nostri maiores: pro omnibus his arbitratus sum oportere me breuiter hac dicta conscribere: & derogantium quidem, vesanum spontaneumq<sup>u</sup> increpare mendaciū, aliorum vero ignorantiam pariter emendare: uniuersosq<sup>u</sup> de nostra antiquitate, qui scilicet veritatem amplectuntur, edocere. Utar autem in meis dictis testibus eis, qui de omni antiquitate apud Gracos fide digni sunt iudicandi: eos autem qui blasphemè de nobis atq<sup>ue</sup> fallaciter conscripserat liqua, per se met ipsos conuictos indubitanter offendam. Conabor etiam causas exponere, propter quas non multi in Gracis historijs gentis nostra fecere memoriam: nec non & eos, qui de nobis scribere voluerunt nescientibus aut nescire simulantibus indicabo. Primitus itaq<sup>ue</sup> satis admiror eos, qui existimant oportere de rebus antiquis, gracis tantummodo fidem habere, & ab eis consulendam esse veritatis integratam: nobis autem & alijs hominibus non esse credendum. Sed ego omnia in his contraria video contigisse. Quapropter decet non varias opiniones inspicere, sed ex ipsis rebus iustitiam ponderare. Omnia siquidem Gracorum noua, & heri (ut ita dicam) nuperq<sup>ue</sup> facta cognoui: hoc est fabricam ciuitatum & adiuentiones artium cōscriptionesq<sup>ue</sup> legum: cunctarumq<sup>ue</sup> rerum iunior apud eos est historia diligentia conscribenda. Apud Aegyptios autem, atq<sup>ue</sup> Chaldaeos & Phœnicas (desino enim nos illis connumerare) sicut ipsi fatentur, res gestæ antiquissimam & permanentem habent memoria traditionem. Nam & locis omnes inhabitant, qua nequaquam aeris corruptioni subiaceant: & multam prouidentiam habuere, ut nihil horum qua apud eos aguntur sine memoria relinqueretur: sed in publicis conscriptionibus semper à viris sapientissimis dicentur. Gracorum vero regionē innumera corruptiones inuasere, rerum memoriam delentes. Qui autem nouas constituentes cōuersationes, omnium se primos esse credidere, sciant quia etiam sero & vix naturam potuere agnoscere literarum. Nam antiquissimum earū usum habuisse creduntur à Phœnicibus, & à Cadmo se didicisse gloriantur. Sed neq<sup>ue</sup> illo tempore poterit aliquis demonstrare

Antiquitatum historia quinq<sup>u</sup> millium annorum.

Cause impulsuē cōscribendi hos libros.

Omnia Gracorum noua: apud Aegyptios autem & Chaldaeos, & Phœnicas res gestæ antiquissimam habent memorias traditionem.

Gracorum regionē innumeræ corruptio nes inuasere.

Phœnicis & Cadmus Gracarum literarū inuentores.

seruatam conscriptionem, neq; in templis, neq; in publicis anathematibus: quando etiam de Troianis rebus, ubi tot annis militatum est, postea multa questio atque contentio facta est, utrum literis usi sint: et magis veritas obtinuit, quod usus modernarum literarum illis fuisse incognitus. Constat autem, quod apud

Apud Gracos nulla conscriptio, poemata Homeri vetustior: et hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestum est. Et aiunt neq; hunc literis suum poema reliquisse: sed cantibus memoria reseruatum, postea fuisse compositum, et propter ea multam in eo comperiri dissonantiam.

Qui autem historias apud eos conscribere tentauere, id est, Cadmus Milesius, et Acusilaus Argivus, et post hunc quicunque, alijs fuisse referuntur, paululum tempus Persarum contra Gracos expeditionem praecessere. Sed et eos qui de coelestibus ac diuinis primitus apud Gracos sunt philosophati, id est, Pherecydem Syrium et Pythagoram, et Thaletem, omnes concorditer confitentur, Aegyptiorum et Chaldaeorum fuisse discipulos: et breuiter conscripsisse, qua a Gracis omnium antiquissima iudicantur, ita ut vix ea credant ab illis fuisse conscripta. Quomodo ergo non est irrationabile, ut tali fastu turgeant Graci, tanquam soli sciant vetera, et veritatem eorum exacte tradant: aut quis non ab ipsis conscriptoribus facilime discat, quod neq; firmiter scientes aliquid conscripsere, sed quod unusquisque opinatus est, hoc studuit explanare. Vnde etiam libris se inuicem arguunt, et valde contraria de rebus eisdem non piget eos dicere. Sed ego videbor me potioribus esse superfluis, si explanare voluero, quantis quidem locis Hellanicus ab Acusilao de genealogijs discrepat, et in quantis Hesiodum corrigit Acusilaus, aut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem, Ephorum vero Timaeus, Timaeum qui post illum fuere, Herodotum vero cuncti: sed neq; de Siculis cum Antiocho et Philisto aut Callia Timaeus concordare dignatus est: neq; rursus de Atticis hi qui Attidas conscriperunt: aut de Argolicis qui de Argis historiam protulere, alterutros consecuti sunt. Et quid oportet dicere de ciuitatibus brevibusque rebus, quando de militia Persica, et his qua in ea sunt gesta,

Thucydides scrupulosisimam sui temporis historiam conscripsit.

Causa diuersitatis apud Iudeos.

tantum viri probatissimi discordasse noscuntur? In multis autem etiam Thucydides tanquam fallax accusatur, licet scrupulosisimam sui temporis historiam conscripsisse videatur. Causa vero huius dissonantia multa forsan et aliae quarere volentibus apparebunt. Ego vero duabus quas dicturus sum, maximam huius vim diuersitatis adscribo. Et quidem primum dico eam qua mihi propiore esse videtur: id est, eo quod ab initio non fuerit studium apud Gracos, publicas de his qua semper aguntur proferre conscriptiones. Hoc etenim pricipue et errorem et potestatem mentendi posteris, vetus aliquid volentibus scriptare, concessit. Non enim solummodo apud alios Gracos publica conscriptio est neglecta: sed neq; apud ipsos Athenienses, quos terrigenas esse dicunt, disciplinaque cultores, aliquid huiusmodi reperitur. Sed publicarum literarum antiquissimas esse dicunt leges, qua a Dracone eis de supplicijs sunt conscripta, modicum ante tempus tyrannidis Pisistrati. De Arcadibus autem in antiquitate gloriantibus, quid oportet dici? vix enim isti et postea literis eruditii sunt. Cum ergo conscriptio nulla praponeretur, qua et discere volentes doceret, et mentientes argueret, multa inter conscriptores discordia nata est: quoniam qui ad scribendum se preparabant, non studium veritatis exhibuerunt, licet hac promissio semper habeatur in promptu: sed verborum magis habere prolationem maximam.

Altera diuersitatis causa apud Gracos historiographos.

mam. Et quemadmodum laudari se in hoc super alios estimarent, ad hoc potius semetipsos aptabant. Aliqui vero ad fabulas sunt cōuersi: aliqui autem ad gratiam, aut ciuitates laudantes aut Reges: alijs semetipsos ad accusandas causas aut conscriptores tradidere: in hoc se fore probabiles estimantes, & omnino hoc agentes, quod historia nimis aduersum est. Vera siquidem historia indicium est, si de eisdem rebus omnes eadem dicant atq; conscribant. hi vero cum quadam aliter conscriberent quam alijs, tunc se putabant omnium veraciores ostendi. Quapropter causa quidem verborum & calliditatis eorum, cedere nos Gracis oportet: non autem de antiqua historia veritate, & maximè de rebus propriae uniuscuisq; prouincia. Quoniam igitur apud Aegyptios & Babylonios, ex longissimis olim temporibus circa conscriptiones diligentia fuit, quando sacerdotibus erat iniunctum, & circa eas ipsi philosophabantur: Chaldae vero apud Babylonios: & quia precipue Gracis immixti, usi sunt Phoenices literis, circa dispensationes vita, & publicorum operum traditionem, dum consentiant omnes tacendum hoc puto. De nostris vero progenitoribus, qui eandem quam predicti habuerunt in conscriptionibus solitudinem (desino dicere, etiam potiorem) Pontificibus & prophetis hoc imperantes: & quia usq; ad nostratempora cum multa integritate seruatum est, & si oportet audens dicere, etiam seruabitur, conabor breuiter edocere. Non enim solummodo ab initio probatissimos viros, & in Deiplacatione preparatos, ad hac exercenda constituerunt: sed quatenus etiam genus sacerdotum sine permixtione purumq; consisteret, prouiderunt. Oportet enim eum qui sacerdotium habiturus est, ex eiusdem gentis nasci muliere: & neque ad pecunias, neque ad honores inspicere, & genus per antiquam lineam & multis testibus approbare. Quod scilicet agimus non solum in ipsa Iudea: sed ubiunque nostri generis constitutio reperitur, etiam ibi integritas ista seruatur circa nuptias sacerdotum: hoc est, in Aegypto & Babylonia, & quocunq; terrarum orbe quilibet de sacerdotum genere sunt dispersi. Mittunt enim in Hierosolymam consribentes a patre nomen nuptæ, & antiquorum progenitorum, quicunque huius rei testimonia præbuere. Si autem bella prouenant, sicut iam crebro factum est, dum Antiochus Epiphanes ad nostram venisset regionem, & Pompeius Magnus, & Quintilius Varus, & precipue nostris gestatemporibus, tunc hi qui de sacerdotibus supersunt, ex antiquis literis iterum nouas conficiunt, & probant mulieres, quæ relinquuntur. Non enim ad captivas accedunt, alienigenarum consortia formidantes. Indicium vero integratit maximum est: quia Pontifices apud nos a duobus millibus annis denominati filii a patre conscripti sunt. His autem qui predicti sunt, si quid præuaricentur, interdicitur ne vel ad altare accedant, vel alia sanctificatione fungantur.

Recte siquidem, potius autem necessariè, cum neq; consribendi potestas omnibus data, neq; illa sit in descriptione discordia: sed solummodo prophetis antiquissima quidem & veterima secundum inspirationem factam a Deo cognoscientibus, alia vero suorum temporum sicuti sunt facta palam consribentibus, infiniti libri non sunt apud nos discordates & sibimet repugnantes: sed solummodo duo & viginti libri, habentes temporis totius conscriptionē: quorū instē fides admittitur. Horū ergo quinq; quidē sunt Moseos, qui nativitates continent, & humanae generationis traditionē habent usq; ad eius mortē. hoc tempus de tribus millibus annis paululum minus est. A morte vero Moseos usq; ad Artaxerxem

Per farum

Veræ historiæ indicium.

Propositio quætra-  
stantam sumit Iosephus.

Ordo Pontificum a-  
pud Iudeos quis fu-  
erit.

Pontifices apud Iudeos a duobus mil-  
libus annis denomi-  
nati filii a patre con-  
scripti sunt.

Duo & viginti libri  
sacri.

Persarum Regem, qui fuit post Xerxem, propheta suorum temporum reges conscripsérunt in tredecim libris. Reliqui vero quatuor, hymnos in Deum, et vita humana praecepta noscuntur continere. Ab Artaxerxe vero usque ad nostrum tempus singula quidem conscripta, non tamen priori simili fide sunt habita, eo quod non fuerit certa successio prophetarum. Palam namque est ipsis operibus quemadmodum nos proprijs literis credimus: tanto namque seculo iam pretrito neque adiçere quicquam aliquis, nec auferre nec transformare presumpsit.

Omnibus enim insertum est mox ex prima generatione Iudeis, hac diuinum dogmata nominare, et in his utique permanere: et propterea, si oporteat, mori libenter. Jam itaque multi captiuorum frequenter tormentis affecti sunt, et mortes varias in theatris sustinuere, ne ullum verbum contra leges admitterent, cum conscriptiones auitas violarent.

*Quis Gracorum aliquid tale perperissus est? quando neque fortuitam sustinere lesionem volunt: licet omnia apud eos scripta destruantur. Verba enim hac esse putant secundum conscribentium voluntates exposita. Et hoc iuste etiam de antiquis sapiunt, quoniam aliquos nunc quoque vident presumentes de his rebus conscribere, quibus neque ipsi interfuerere, neque credere scientibus acquiescunt. Denique de bello quod apud nos contigit nuper, quidam historias conscribentes ediderunt: cum neque ad ea loca venerint, neque in proximo rerum gestarum fuerint: sed ex auditu quadam pauca componentes, impudenter semetipso videntur historia nomine iactitare. Ego vero et de omni bello, et quae ibi particulariter gesta sunt, veram descriptionem feci: cum ipsis omnibus omnibus interfuerim.*

*Dux etenim apud nos Galileorum eram, donec fuit defendendi facultas. Contigit autem ut caperer a Romanis, et habentes me Vespasianus et Titus in custodia, uniuersa semper inspicere faciebant, primo quidem vincitum: postea vero solutus cum Tito ab Alexandria propter ob-*

*sessionem Hierosolymorum directus sum. Eo tempore nihil est gestum, quod meam potuisset latere notitiam. Nam videns Romanorum exercitum, uniuersa cum diligentia describebam. Et ea que nunciabantur ab his qui semet-*

*ipso tradebant, ego solus integrius intelligens disponebam. Deinde Roma tempus vacationis habens, omni iam negocio preparato usus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam Graciam rerum eruditionem exhibui. Tantaque mihi securitas affuit veritatis, ut primos omnium Imperatores belli Vespasianum et Titum testes non expauescerem. Primum namque illis obtuli libros: et post illos multis quidem Romanorum qui bellis interfuerere, plurimis vero no-*

*strorum etiam eos venum dedi, qui Graca eruditione videbantur imbuti, quorum est Julius Archelaus, Herodes honestissimus, et ipse admirabilis Rex Agrrippa. Iti siquidem uniuersi testimonium perhibuere, quod veritatem diligenter excolui: non dissimulaturi si quid gestorum per ignorantiam aut per gratiam commutasse, aut pretermissem. Quidam vero proui homines deroga mea historia sunt conati, tanquam in scholis adolescentium themata exercentes, et accusationis insperata atque detractionis facientes opus: cum oporteat illud sciri, quod conuenit promittentem alijs rerum veracium traditionem, ipsum prius hac nosse certissime, aut rebus gestis adharendo, aut ab scientibus consulendo. Quod ego pricipue circa utrumque me credo fecisse opus. Antiquitatis namque libros (sicut dixi) ex voluminibus sacris interpretatus sum, cum essem genere sacerdos, et participarem illarum sapientiam literarum. Historiam*

*Gracorum cum Iudeis comparatio.*

*De bello Iudaico quidam historias conscripsere.*

*Iosephus bello Iudaico semper interfuit.*

*Iosephus Roma belli Iudaici historiam conscripsit.*

*Iosephus libros suos plurimis venui deducti.*

*Iosephi libros quidam blasphemant.*

riam verò belli conscripsi, multarum quidem actionum ipse operator, plurimarum verò inspector existens:  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  omnino eorū quae dicta vel gesta sunt, nihil ignorans. Quomodo ergo non procaces quilibet existimabit eos, qui aduersum mentuntur de veritate contendere? Qui licet imperatorum commentarios legisse dicuntur, non tamen nostrorum repugnantium rebus interfuerent. De his rebus itaque necessariam feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt. Et sufficienter, sicut reor, declarauis, quod conscriptio rerum apud Barbaros potius solennior, quam apud Gracos est. Volo autem paululum prius disputare aduersus eos, qui contendunt, nouellam esse nostram conuersationem, eo quod nihil de nobis, ut aiunt illi, dictum sit à conscriptoribus Gracis: Deinde testimonia antiquitatis ex aliorum literis exhibebo:  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  eos qui nostrum blasphemant genus, nulla ratione blasphemare monstrabo. Nos igitur neq; regionem maritimam habitamus, neq; mercimonijs gaudemus, neq; per hoc alterutris peregrinationib. fatigamur. Sed nostra ciuitates procul à mari sitae sunt: regionemq; uberrimam possidentes, in ea assidue laboramus, præcipue circa filiorum nutrimenta studentes, legumq; custodiam:  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  traditionem patetatis, totius opus vita necessarium iudicamus. Cum accedat igitur his quæ predicta sunt, etiam viuendi ratio propria, nihil fuit antiquis temporibus quod faceret nobis commercium Gracorum: sicut Aegyptijs mercimonia, quæ ab eis exportantur,  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  adeos rursus importantur: itemq; habitatoribus Phœnicia maritima, studentibus circa contractus, atq; negocia amore pecunia requisita. Sed neque circa latrocinia sicut quidam alijs vacauere, aut amplius habere concupiscentes patres nostri ad bella conuersi sunt, licet regio nostra multa millia virorum fortium possideret. Phœnices ergo propter negociationem ad Gracorum provinciam nauigantes, repente sunt agniti,  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  per illos Aegyptij,  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  omnes à quibus ad Gracos onera deuehebant, immensa maria proscindentes. Nedi verò postea atque Persæ palam in Asia regnauerunt,  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  usque ad alteram continentem Persæ militauerunt: Thraces autem propter vicinitatem,  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  Scythæ ab his qui Pontum nauigant, cogniti sunt:  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  omnino uniuersi iuxta mare vel orientale vel hesperium habitantes, aliquid conscribere volentibus cogniti facti sunt. Qui vero superius habitabant,  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  procul à mari, multis sunt temporibus ignorati. Et hoc apparet etiā circa Europam cōtigisse: quando de Romanorum ciuitate tam longo tempore adepta potestate, tantaq; bella conficiente, neq; Herodotus neq; Thucydides, nec ullus qui fuit cum istis, fecit aliquā mentionē: sed sérò tandem  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  vix ad Gracos potuit eorū venire notitia. De Gallis enim  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  Hispanis sic ignorauere hi, qui putantur diligentissimi conscriptores, quorum est Ephorus, ut unam ciuitatem esse arbitrarentur Iberos, quitanam partem occidentaliterre noscuntur inhabitare. Et mores eorum, qui neque sunt apud eos, neque dicuntur, referunt. Causa vero ignorantia veritatis est, quod procul abessent: ut autem falsa conscriberent, quod vellent videri aliquid amplius quam alijs retulisse. Quomodo ergo mirari decet, si neque nostra gens plurimis erat nota, neque ad scribendum de se aliquam dedit occasionem,  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  ita disita procul à mari,  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  talibus institutis viuens? Pone igitur nos argumento uti velle Gracorum, quod non sit genus eorum antiquum, eo quod nihil in nostris voluminibus de eis sit dictum: nonne omnino deridebunt causas huiusmodi à me prolatas,  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  testes vicina regionis adducent antiquitatis sua? Fgitur  $\text{\textit{E}}\text{\textit{G}}$  ego

Duo de quibus agit Iosephus.

Filiorum apud Iudeos educatio.

Nihil fuit antiquis temporibus, quod faceret Iudeis commerciū Gracorum.

Romanorum notitia tero ad Gracos pertinet.

Historiographi quidam Hispaniam tantummodo cīc ciuitatem arbitrari sunt.

Argumenta, Iudeorum genus antiquus Gracorum generis.

boc conabor efficere. *Ægyptijs enim & Phœnicibus pricipue testibus utar, cum nullus eorum potuerit tanquam falsum accusare testimonium.* Et videntur maxime erga nos iniqui in communi quidem omnes *Ægyptij, Phœnicum verò Tyrij.* De Chaldais autem nequaquam hoc dicere potero, quoniam & generis nostri Principes constituti sunt, & propter cognationem in conscriptionibus suis meminere *Judaorum.* Cum verò fidem de his prabuero, & blasphemias falsas ostendero, tunc etiam Gracorum conscriptores memorabo, qui *Judaorum* fecerent mentionem: ut neque huiusmodi occasio relinquatur in *Judeis* nobis facienda contentionis. Inchoabo autem primum à literis *Aegyptiorum*, quas non arbitrantur commendare quæ nostra sunt. *Manethon* itaque genere vir *Aegyptius*, *Graca* disciplina eruditus, sicuti palam est (scripsit enim sermone *Graco*) paterna religionis historiam ex sacris (sicuti ait ipse) interpretatus libris, frequenter arguit *Herodotum* in *Aegyptiacis* ignoratione mentitum. Is *Manethon* in secundo *Aegyptiacorum* hac de nobis scripsit. Ponam verò etiam verba eius, tanquam illum ipsum adducens testimoniū. *Fuit nobis Rex, Timaus nomine.* sub hoc nescio quomodo Deus iratus fuit: & prater spem ex partibus orientalibus homines, genere ignobiles, adepti fiducia in prouincia castrametati sunt. Et facile ac sine bello eam potenterq; ceperunt: & principes eius alligantes, decatero ciuitates crudeliter incendere: & Deorum templa euertere. Erga omnes verò prouinciales inimicissimè se gesserunt, alios quidem perimentes, aliorum verò & filios & coniuges in seruitutem redigentes: nouissimè verò & unum ex se fecere Regem, cui nomen *Saltis*. Hic in *Mempnidem* veniens, superiore inferioreq; prouincia tributaria facta, praesidiarelinquens opportunis locis, maximè partes muniuit orientales, prospiciens quod *Assyrij* aliquanto potentiores, erant desideraturi regnum eius inuadere. Inueniens autem in prefectura Saitē ciuitatem opportunitam, positam ad orientem *Bubastis* fluminis, qua appellabatur a quadam antiqua theologia *Auaris*, hanc fabricatus est, & muris maximis communiuit, collocans ibi multitudinem armatorum, usque ad ducenta quadraginta millia virorum eam custodientium. Hic autem messis tempore veniebat, tam ut frumenta meteret, & mercedes exolueret, quam ut armatos ad terrorem extraneorum diligenter exercitaret. Qui cum regnasset decem nouem annis, vita priuatus est. Post hunc autem regnauit alter quatuor & quadraginta annis, *Baon* nomine. Post quē alius *Apachnas*, sex & triginta annis, & mensibus septem. Deinde *Apochis*, unum & sexaginta & *Ianias* quinquaginta, & mense uno. Post omnes autem *Abis* nouem & quadraginta, & mensibus ducbus. Et isti quidem sex apud eos fuere primi Reges, debellantes semper, & maximè *Ægypti* radicem amputare cupientes. Vocabatur autem gens eorum *Hycsos*, hoc est, *Reges pastores*. *Hyc* enim secundum sacram linguam, Regem significat: *Sos* vero pastorem siue pastores, secundum communem dialectum: & ita compositum inuenitur *Hycsos*. quidam verò dicunt eos *Arabas* esse. In alijs autem exemplaribus non Reges significari compcri per appellacionem *Hyc*, sed è diuerso captiuos declarari pastores. *Hyc* enim *Ægyptiacal* lingua, & hac, quando denso sono profertur, captiuos aperte significat: & hoc potius verisimile mihi videtur, & historia antiqua cōueniens. Hos ergo quos pradiximus Reges, & eos qui pastores vocabantur, & qui ex eis fuere, obtinuisse *Aegyptum* ait annis undecim & quingentis. Post hac autem Regum *Thebaidis* & *Ægypti* reliqua

*Manethō, Aegyptius historiographus.*

*Saltis Aegyptios in suam potestatem re-degit.*

*Saitē ciuitas ad orientem Bubastis fluminis posita.*

*Reges pastores vocati.*

Regem significat: *Sos* vero pastorem siue pastores, secundum communem dialectum: & ita compositum inuenitur *Hycsos*. quidam verò dicunt eos *Arabas* esse. In alijs autem exemplaribus non Reges significari compcri per appellacionem *Hyc*, sed è diuerso captiuos declarari pastores. *Hyc* enim *Ægyptiacal* lingua, & hac, quando denso sono profertur, captiuos aperte significat: & hoc potius verisimile mihi videtur, & historia antiqua cōueniens. Hos ergo quos pradiximus Reges, & eos qui pastores vocabantur, & qui ex eis fuere, obtinuisse *Aegyptum* ait annis undecim & quingentis. Post hac autem Regum *Thebaidis* & *Ægypti* reliqua

reliqua factam dicit super pastores invasionem, et bellum maximum et diuturnum eis illatum. Sub Rege vero cui nomen erat Alisfragmuthosis, vicos dicit pastores. Et aliam quidem uniuersam Aegyptum perdidisse. inclusos autem in locum habentem mensuram iugerum decem millium, cui loco nomen est Auaris. Hunc Manethon dicit omnem maximo muro atque robustissimo circundedisse pastores, quatenus et omnem possessionem munitam haberent, simul et pradam suam. Filium vero Alisfragmuthoseos Themosin conatum eos vi expugnare, cum quadringentis octoginta millibus armatorum corum muros obsecuisse. Cum vero obodium desperasset, pacta cum eis fecisse, ut Aegyptum relinquentes, quo Regū Aegyptiorum  
cum pastoribus pa.  
et a. vellent innoxij omnes abirent. Ilos vero his promissionibus impetratis, cum omni domo et possessionibus non minus ducenta quadraginta millia numero, ex Aegypto per desertum in Syriam iter egisse: et metuentes Assyriorum potentiam (tunc enim illi Asiam obtinebant) in terra que nunc Iudea vocatur, ciuitatem adificasse, qua tot millibus hominum sufficere posset, eamque Hierosolymam vocitasse. In alio vero quodam libro Aegyptiacorum Manethon hanc Aedificatio Hierosole.  
ipsam gentem, id est, qui vocabantur pastores, in sacris suorum libris captiuos asscriptos rectissime dixit. Nam antiquis progenitoribus nostris pascere mos erat: et pascualem habentes vitam, vocabantur ita pastores. Sed et captivi non temere ab Aegyptiis dicti sunt: quoniam progenitor noster Joseph dixit ad Regem Aegyptiorum, se esse captivum: et fratres in Aegyptum posterius euocauit, Rege praeципiente. Sed de his quidem in alijs examinationem subtilius faciemus. Nunc autem huic antiquitatis producam testes Aegyptios, rursumque, quomodo se habeant verba Manethonis circa ordinem temporum aperte describam: sic enim ait: Postquam egressus est ex Aegypto populus pastorum ad Hierosolymam, expulsor eorum Rex Themosis regnauit post hac annis viginti quinq., et mensibus quatuor, et defunctus est. Assumpsitque regnum filius Chebron annis tredecim post quem Amenophis viginti et mensibus septem, huius autem soror Amesses annis viginti uno, et mensibus nouem. Mephres autem duodecim, et mensibus nouem, Mephramuthosis viginti quinq., et mensibus decem. Thmosis autem nouem, et mensibus octo. Amenophis vero triginta, et mensibus decem. Orus vero triginta sex, et mensibus quinq. Huius autem filia Acencheres, duodecim, et mense uno. Rathotis vero frater nouem. Acencheres autem duodecim, mensibus quinq. Acencheres alter duodecim, et mensibus tribus. Armais vero quatuor, et mense uno. Armesis autem uno, et mensibus quatuor. Armesismiamun vero sexaginta sex, et mensibus duobus. Amenophis novendecim, et mensibus sex. Sethosis autem equestris et nauales copias habens, fratrem quidem Armain procuratorem Aegypti constituit, et omnem ei aliam regalem potestatem, tantummodo autem diadematè uti prohibuit, et ne Reginam matrem liberorum oppimeret imperauit, et ut abstineret etiam ab alijs regalibus concubinis. Ipsi vero ad Cyprum et Phoenicem, et rursus contra Assyrios atque Medos castrametatus, uniuersos quidem, alios ferro, alios sine bello terrorē magne virtutis sibimet subiugauit. his vero felicitatibus eleuatus confidentius incedebat, orientales urbes ac provincias subuertendo, multoque tempore procedente Armais, qui in Aegypto fuerat derelictus, omnia contra quam frater agere monuerat, sine timore faciebat. Nam et Reginam violenter abiecit, et alijs concubinis sine parcitate iugiter miscebatur:

Nomina Regum Aegyptiorum, ubi succedentium.

Sethosis Aegypti Rex, fratrem Armain Aegypti procuratorem constituit.

Aegyptus unde dicitur.

tur: persuasusq; ab amicis & diademate utebatur, & fratri rebellabat. Is vero qui constitutus erat super sacra Aegyptia, codicillos Sethosimisit, cuncta significans, & quia rebellaret ei suus frater Armais. Qui repente ad Pelusium destinavit, & proprium tenuit regnum. Prouincia vero vocata est ex eius nomine Aegyptius. Dicit enim quod Sethosis Aegyptius vocabatur, Armais autem frater eius Danaus. Hac quidem Manethon. Palaea vero est, ex predictis annis tempore computato, quod qui vocabantur pastores, id est, nostri progenitores, ex Aegypto liberati, ante tres & nonaginta atque trecentos annos hanc provinciam inhabituere, quam Danaus ad Argos accederet: licet hunc antiquissimum Argui esse confidant. Duas igitur res Manetho maximas pro nobis Aegyptiis literis protestatus est: primam quidem, quia aliunde venerunt ad Aegyptum: dein egressum eorum exinde, ita temporibus antiquissimum, ut penes mille annis bellum precedat Iliaceum. Ea vero qua Manethon non ex Aegyptiis literis, sed (sicut ipse confessus est) ex fabulis quorundam sine nomine, adiecit, postea particulariter redargua, ostendens ea sine verisimilitudine esse mendacia. Sed volo ab istis rursus migrare ad ea, quae apud Phoenicas de nostro genere conscripta sunt, & eorum testimonio declarata. Sunt itaque apud Tyrios multorum annorum publica litera, & conscriptiones diligentissime custodita, ex his que apud eos facta & inuicem gesta noscuntur, quatenus memoria digna sunt. Inter haec ergo conscriptum est, quia in Hierosolymis adificatum est templum a Salomone Rege, ante annos centum quadraginta tres, & menses octo, quam Tyrii Carthaginem condidere. Descripta vero est apud illos constructio templi nostri. Hiramus enim Tyriorum Rex amicus erat Regis nostri Salomonis, paternis amicitiis ei deuinctus. Is ergo munificentiam suam exhibens ad claritatem fabricae, prabuit Salomoni auri qui dem viginti & centum talenta: incidensque pulcherrimam syluam in monte, qui Libanus nuncupatur, ad cameram destinavit ei. Quem redonauit Salomon & alijs multis rebus, & terra Galilee regionis, qua Zabulon vocatur. Precipue autem ei amiciam sapientiae concupiscentia conciliauit. Problemata enim soluenda alterius dirigebant, & melior in his Salomon erat, & in alijs sapientior apparebat. Hactenus vero seruantur apud Tyrios epistola multa, quas illi scripsere ad inuicem. Quod autem non fingam de Tyriorum literis, testem producam Dium qui in Phoenicum historiam integrissimus approbatus est. Is igitur in Phoeniciis historiis hoc modo scribit. Abibalo moriente, filius eius Hiramus regnauit. Hic pars orientalis ciuitates ampliavit, urbem potiorem fecit: & Olympij fons templum, quod in insula situm erat, iactis aggeribus urbi adiunxit, & aureis anachoretibus exornauit. Ascendens autem in Libanum, sylvas incidit ad templorum edificationem. Regem vero Hierosolymorum Salomonem misisse dicunt ad Hiramum quadam anigmata, & poposcisse ab eo, adiecto ut qui non posset discernere, pecuniam soluenti persolveret: confessumque Hiramum, non se posse soluere propositas quastiones, multis pecuniis multatum. Deinde Abdemonum quendam, virum Tyrium, propositas soluisse quastiones: ipsumque alias proposuisse, quas si non solueret Salomon, multis rursus pecunias Hiramo Regi conferret. Dius igitur hoc modo de predictis testimonium perhibuit nobis. Sed post hunc producam Menandrum quoque Ephesum. Is enim singulorum Regum actus conscripsit apud Gracos & Barbaros, studens ex provincialibus vniuersciusq; loci literis, historia veritatem pandere. Scribens enim de his

In Hierosolymis editum est templum a Salomone Rege, ante annos centum quadraginta tres, & menses octo, quam Tyrii Carthaginem condidere. Descripta vero est apud illos constructio templi nostri. Hiramus enim Tyriorum Rex amicus erat Regis nostri Salomonis, paternis amicitiis ei deuinctus. Is ergo munificentiam suam exhibens ad claritatem fabricae, prabuit Salomoni auri qui dem viginti & centum talenta: incidensque pulcherrimam syluam in monte, qui Libanus nuncupatur, ad cameram destinavit ei. Quem redonauit Salomon & alijs multis rebus, & terra Galilee regionis, qua Zabulon vocatur. Precipue autem ei amiciam sapientiae concupiscentia conciliauit. Problemata enim soluenda alterius dirigebant, & melior in his Salomon erat, & in alijs sapientior apparebat. Hactenus vero seruantur apud Tyrios epistola multa, quas illi scripsere ad inuicem. Quod autem non fingam de Tyriorum literis, testem producam Dium qui in Phoenicum historiam integrissimus approbatus est. Is igitur in Phoeniciis historiis hoc modo scribit. Abibalo moriente, filius eius Hiramus regnauit. Hic pars orientalis ciuitates ampliavit, urbem potiorem fecit: & Olympij fons templum, quod in insula situm erat, iactis aggeribus urbi adiunxit, & aureis anachoretibus exornauit. Ascendens autem in Libanum, sylvas incidit ad templorum edificationem. Regem vero Hierosolymorum Salomonem misisse dicunt ad Hiramum quadam anigmata, & poposcisse ab eo, adiecto ut qui non posset discernere, pecuniam soluenti persolveret: confessumque Hiramum, non se posse soluere propositas quastiones, multis pecuniis multatum. Deinde Abdemonum quendam, virum Tyrium, propositas soluisse quastiones: ipsumque alias proposuisse, quas si non solueret Salomon, multis rursus pecunias Hiramo Regi conferret. Dius igitur hoc modo de predictis testimonium perhibuit nobis. Sed post hunc producam Menandrum quoque Ephesum. Is enim singulorum Regum actus conscripsit apud Gracos & Barbaros, studens ex provincialibus vniuersciusq; loci literis, historia veritatem pandere. Scribens enim de his

Tyriorum Regis & Salomonis amicitia.

Hirami & Salomonis citiam sapientiae concupiscentia conciliauit. Problemata enim soluenda alterius dirigebant, & melior in his Salomon erat, & in alijs sapientior apparebat. Hactenus vero seruantur apud Tyrios epistola multa, quas illi scripsere ad inuicem. Quod autem non fingam de Tyriorum literis, testem producam Dium qui in Phoenicum historiam integrissimus approbatus est. Is igitur in Phoeniciis historiis hoc modo scribit. Abibalo moriente, filius eius Hiramus regnauit. Hic pars orientalis ciuitates ampliavit, urbem potiorem fecit: & Olympij fons templum, quod in insula situm erat, iactis aggeribus urbi adiunxit, & aureis anachoretibus exornauit. Ascendens autem in Libanum, sylvas incidit ad templorum edificationem. Regem vero Hierosolymorum Salomonem misisse dicunt ad Hiramum quadam anigmata, & poposcisse ab eo, adiecto ut qui non posset discernere, pecuniam soluenti persolveret: confessumque Hiramum, non se posse soluere propositas quastiones, multis pecuniis multatum. Deinde Abdemonum quendam, virum Tyrium, propositas soluisse quastiones: ipsumque alias proposuisse, quas si non solueret Salomon, multis rursus pecunias Hiramo Regi conferret. Dius igitur hoc modo de predictis testimonium perhibuit nobis. Sed post hunc producam Menandrum quoque Ephesum. Is enim singulorum Regum actus conscripsit apud Gracos & Barbaros, studens ex provincialibus vniuersciusq; loci literis, historia veritatem pandere. Scribens enim de his

de his qui in Tyro regnauere, et deinde veniens ad Hiramū Regem, sic ait: Moriente vero Abibalo, successit in eius regno filius eius Hiramus, qui vixit annis triginta quatuor. Hic aggere coniunxit Eurychorū, aureamq; ibi columnā fuisse in templo reposuit: et ad syluam lignorum projectus, abscedit de monte qui Libanus appellatur, ligna cedrina ad tegmina facienda templorum. Demolitusq; antiqua delubra, noua templa adificauit. Herculisq; et Astartes fana dedicauit, Herculis primum exstructo mense Peritio, deinde Astartes: quando castra mouit aduersus Tyrios, minimè tributa reddentes: quos etiam subdens sibi mori, denuò remeauit. Sub hoc fuit Abdemonus puer iuuenis, qui semper parabolus soluebat, quas Salomon Hierosolymorum Rex destinabat. Supputatur vero tempus ab hoc Rege usq; ad constructionem Carthaginis, hoc modo: Moriente Hiramo successit in eius regno Beleastartus filius, qui cum vixisset annis quadraginta tribus, septem regnauit annis. Post hunc Abdastartus filius cum vixisset annis viginti, regnauit nouem. Hunc filij nutricis eius quatuor insidijs perevere: quoru senior regnauit annis XII. Post quos Astartus filius Beleastarti regnauit. Qui cum vixisset annis quadraginta quatuor, regnauit annis XII. Post hunc frater eius Astarimus: et hic vixit annis quatuor et quinquaginta, regnauit annis nouem, et peremptus est a fratre Phellete: qui suscipiens regnum, mensibus imperauit octo, cum vixisset annis quinquaginta. Hunc peremit Ithobalus Astarta sacerdos: qui cum vixisset annis sexaginta octo, regnauit annis triginta duobus. Huic successit Bad-Zorus filius: qui cum vixisset annis XLV, regnauit sex. Huic successor factus est Mettinus filius: qui cum vixisset triginta duabus, nouem regnauit annis. Huic successor fuit Pygmalion, qui annos egit in sua vita quinquaginta sex, ex quibus XL tenuit principatum. huius regni anno septimo, soror Dido in Africa ciuitatem adificauit Carthaginem. Itaq; colligitur tempus à regno Hirami usq; ad adificationem Carthaginis, annorum CLV, et mensis VIII. Cum vero duodecimo anno huius regni, in Hierosolymis adificatum sit templum, fit ab adificatione templi usq; ad constructionem Carthaginis tempus annorum CXIII, mensium V III. Testimonio siquidem Phoenicum quid amplius oportet apponi? Cernitur ipsa veritas fortiter approbata: et multo clarius apparet, quoniam precedit constructionem templi progenitorum nostrorum ad provinciam hanc aduentus. Cum enim eam uniuersam bello tenuissent, tum demum templum adficare coepere: et hac aperte ex literis sacris etiam à me in Antiquitate manifestata sunt. Nunc itaq; sunt dicenda ea, qua apud Chaldeos noscuntur esse conscripta, et de nobis in historia sunt relata. Qua multam habent concordiam cum nostris voluminibus, etiam de alijs rebus. Testis autem horum est Berosus, virginere quidem Chaldaeus, notus autem eis, qui doctrina eruditioniq; congaudent: quonia de Astronomia et de Chaldaeorum philosophia ipse Gracas conscriptiones edidit. Igitur Berosus antiquissimas secutus historias, defacto diluvio, et hominum in eo corruptione, sicuti Moses, ita conscripsit: simul et de arca, in qua generis nostri princeps seruatus est, deuencta scilicet ea in summitatem montium Armeniorum. Deinde scribens eos qui ex Noe progeniti sunt, et tempus eorum adiiciens, usq; ad Nabulassarum peruenit, Babylonicorum et Chaldaeorum Regem. et huius actiones exponens, narrat: quemadmodum misit in Aegyptum et ad nostram terram filium suum Nabuchodonosorem cum multa potentia: qui dum rebellantes eos inuenisset, omnes suo subie-

Hirami Regis generis logia.

Carthago à Didone Pygmalonis' sorore in Africa extorta.

Berosus historiographus, genere Chaldaeus.

Nabulassarus, Nabuchodonosoris pars, Babyloniorum & Chaldaeorum Rex.

Nabuchodonosor  
rebellantes imperio  
suo subiicit.

cit imperio: et templum in Hierosolymis concremauit: cunctumq; generis nostri populum auferens, migravit in Babylonem. Vnde ciuitatem contigit desolari annis LXX, usq; ad Cyrum Regem Persarum. Dicit autem quod tenuerit Babylonius Aegyptum, Syriam, Phoeniciam, Arabia, uniuersos priores Chaldaorum et Babyloniorum Reges exactionibus suis excellens. Ipsa vero verba, qua Berosus protulit, hoc modo dicta, necessario proferenda sunt. Audito autem pater eius Nabulassarus, quod satrapa constitutus in Aegypto et Syria inferiore et Phoenicia rebellaret, cum non valeret iam ipse labores ferre, tribuens filio suo Nabuchodonosori atate valenti partem quandam exercitus contra eum misit. Nabuchodonosor autem cum satrapa desertore congressus, prouinciam qua ab initio eorum fuerat, ad proprium reuocauit imperium. Eodem vero tempore, contigit patrem eius Nabulassarum, cum agrotasset, in Babyloniam ciuitate defungi, qui regnauit annis XXIX. Nabuchodonosor autem non post multum tempus mortem patris cognoscens, et negotia Aegyptiaca disponens, reliquarumq; prouinciarum, et captiuos Iudaorum et Phoenicum atq; Syrorum, qui in Aegypto fuerant, commendans quibusdam amicis, ut cum exercitu et impedimentis perducentur ad Babyloniam, ipse cum paucis iter aggressus per desertum Babylonem venit: reperiensq; culta a Chaldais dispensari, seruatumq; regnum ab optimatibus eorum, dominus factus totius paterni principatus, captiuis quidem aduenientibus pracepit habitacula in opportunitatis Babylonica locis adificare. ipse vero ex manubij templi Beli ac reliqua munificentissime excoluit: et veteri urbi altera extrinsecus adiecit. Et prouiso ne post hac possent hostes fluum conuertere et ad urbem accedere, tres interiori ciuitati per circuitum muros, totidem exteriori, hos cocto latere, illos addito etiam bitumine, circundedit: tum sic communia portas qua vel templum deceant, addidit. ad hoc iuxta paternam regiam, alteram sumptuosior em multo amplioremq; exstruxit: cuius ornatum exponere fortasse longum esset. illud memoratu dignum, quod hac adeo superba supraq; fidem magnifica, quindecim dierum spatio perfecta est. In ea lapideas moles excelsa excauit, aspectum montibus assimiles, omniq; genere arborum consitas. Hortum quoque pensilem fecit, fama nobilem: eo quod uxor eius montanum prospectum desideraret, in Medorum regione educata. Hac itaque retulit de predicto Rege, et multa super hac in libro Chaldaicorum: in quo culpat conscriptores Gracos, quasi vane arbitratos, a Semiramide Assyria Babylonem adificata, et mira opera ab illa circa eam fuisse constructa, false conscripsisse dicens. Ipsam certe Chaldaorum conscriptionem fide dignam existimandum est, quando cum archiuis Phoenicum concordare videntur, qua ex Berofo conscripta sunt de Rege Babyloniorum: quoniam et Syriam et uniuersam Phoenicen ille subuertit. In his sane consonat et Philostratus in historijs, dum Tyria meminit ob-sisionis: et Megasthenes in quarto Indicorum: ubi declarare contendit, predictum Regem Babyloniorum Herculem fortitudine et rerum gestarum magnitudine praecepsisse. Dicit enim eum et maximam Africam partem, et Hispaniam subiugasse. Qua vero de templo Hierosolymorum relatam sunt, et concrematum esse a Babylonis, et caepsum rursus adificari Cyro tenente Asia principatum, ex dictis Berosi declaramus. Sic enim in tertio libro dicit. Nabuchodonosor itaque posteaquam inchoauit predictum murum, incidens in languorem, de vita migravit, cum regnasset annis tribus et quadraginta. Huius regni dominus effectus filius

Belus primus Rex  
Assyriorum.

Nabuchodonosor  
regias extruit.

Babylonem à Semi-  
ramide non ædifica-  
tam.

Babyloniorum Rex  
Herculem fortitudi-  
ne & rerum gestarum  
magnitudine pre-  
cessit.

Nabuchodonosoris  
successor.

filius eius Euelmaradochus, propter iniquitates et libidines passus insidias a marito sororis sua Niriglissoro ore peremptus est, cum duobus regnasset annis. Quo defuncto, sumens regnum qui ei fecit insidias Niriglissoro or, annis regnauit quatuor. Huius filius Laborosardochus, principatum quidem tenuit puer existens mensibus nouem: insidias vero passus, eo quod nimis appareret malorum esse morum, ab amicis extinctus est. Hoc itaque perempto, conuenientes hi qui fecerant insidias, communi suffragio regnum tradidere Nabonido cuidam, qui erat ex Babylone ex eadem gente. Sub hoc muri circa fluuium Babylonie ciuitatis ex latere cocto et bitumine sunt constructi. Cuius regni anno septimo decimo egressus Cyrus ex Perside cum magno exercitu, vniuersa Asia subacta, impetum fecit in Babyloniam urbem. Sentiens autem Nabonidus invasionem eius et occurrentis cum exercitu suo, atque congressus pugna, victus et cum paucis fugatus inclusus est in Borsippensi: m ciuitate. Cyrus autem Babyloniam obsidens, et deliberans exteriores muros deponere ciuitatis, eo quod nimis videtur munita, et effet ad capiendum valde difficilis, reuersus est ad Borsippum, Nabonidum expugnaturus. Nabonido vero oppugnationem non expectante, sed prius supplicante, usus clementia Cyrus, et dans ei habitaculum in Carmania, expulit eum a Babylone. Nabonidus itaq; reliquum vita tempus in illa prouincia conuersatus est. Hac concordant cum nostris. Scriptum namq; in eis est: quod Nabuchodonosor octauodecimo regni sui anno, templum nostrum ad desolationem usque perduxit, et fuit exterminatum annis septem. Secundo vero anno regni Cyri fundamentis depositis, rursus secundo regni Darii anno perfectum est. His prolatis, adiiciam etiam Phoenicum historias: non enim probatum abundantia relinquenda est: est enim dinumeratio in illis annorum: sic enim habent: Sub Rege Ithobalo Nabuchodonosor obsedit Tyrum annis tribus et decem. Post hunc regnauit Baal annis decem. Post hunc iudices constituti sunt, et iudicauere hi. Ecnibalus Baslechi, mensibus duobus: Chelbis Abdai, mensibus decem: Abbarus pontifex mensibus tribus: Myttonus et Geraustus Abdilimi, iudices annis sex: inter quos regnauit Balatorus anno uno: quo moriente, mittentes euocauere Merbalum ex Babylone, et quatuor regnauit annis. Et quoque moriente, euocauere fratrem eius Iromum, qui regnauit annis vi-ginti. Sub hoc Cyrus Persarum habuit imperium. Quapropter omne tempus est annorum quinquaginta quatuor, et mensum trium. Septimo siquidem anno regni sui Nabuchodonosor cœpit obsidere Tyrum: Quartodecimo autem anno Regis Iromi, Cyrus Persarum tenuit principatum. Consonat igitur qua de templo scripta sunt a Chaldais ac Tyriis, cum literis nostris. Manifestum vero et sine contentione testimonium est, de predicta generis nostri antiquitate. Et his quidem qui non valde contendunt, sufficere iudico qua præmissa sunt. Oportet autem non credentibus Barbaricis conscriptionibus, sed solis Gracis fidem habendam esse dicentibus, adhuc multos exhibere testes, etiam Gracos, scientes nostrum genus, et opportunio tempore eius habentes mentionem. Pythagoras igitur Samius, cum sit antiquus quidem et ate, sapientia vero et diuina pietate philosophos omnes excellens, non solum qua nostra sunt agnouisse manifestus est, sed etiam amulatus ea ex multis apparebat. Et eius quidem conscriptio nulla reperitur. multitamen de eo retulere: quorum insignior est Hermippus, vir circa omnem historiam diligentissimus in dagator. Refert itaq; in primo de Pythagora libro,

Babylonie muri ex latere cocto & bitumine costructi.

Cyrus Nabonidum expellit a Babylone.

Phoenicū de Iudeorum antiquitate testimonium.

Nabuchodonosor Tyrum obsedit.

Chaldaeorum ac Tyriorum scripta cum Iudeis consonant.

Græcorū de Iudeorū antiquitate testimonium.

Hermippi de Pythagora testimonium.

libro, quod Pythagoras uno familiari suorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat secum degere die nocturna: et quod precepiteret, ut non transiret locum, ubi asinus lapsus esset, et ab aqua feculenta semet ipsum abstineret, et ab omni blasphemia recederet. Deinde sequitur. Hec autem agebat atque dicebat, Iudeorū et Thracum opiniones imitatus, ac transferens in se met ipsum. Dicitur enim verè, quod ille vir multas Iudeorum leges in suā transtulit philosophiam. Fuit autem etiam per ciuitates nō ignota olim gens nostra: et multi iam mores ad quasdam transferunt, et emulazione digna non nullis habebantur. Quod manifestat Theophrastus in his quae scripsit de legibus.

Ait enim, quia prohibent Tyriorum leges et peregrino sacramento iurare. Inter quae sacramenta cum quibusdam alijs etiam iusurandum, quod Corban appellatur, enumerat: apud nullos autem hoc inuenitur iuramentum, nisi apud Iudeos solos: quod interpretatur ex Hebraica lingua, donum Dei. Verum neque Herodotus Halicarnassus nostram ignorauit gentem, sed quodāmodo eius meminisse cognoscitur. De Colchis enim referens, in secundo libro sic dicit: Soli autem inter omnes Colchi, et Aegypti, et Aethiopes, verenda ab initio circuncidunt. Phoenices vero, et Syri in Palastina confitentur hoc ab Aegyptiis didicisse. Syri autem qui circa Thermodontem et Parthenium fluuium commorantur, et his vicini Macrones, à Colchis dicuntur nuper didicisse. Hi namque sunt inter homines soli, qui circunciduntur: et isti sicut Aegypti facere dicuntur. De Aegyptiis autem et Aethiopibus dicere non possum, utri ab alteris didicere. Dixit ergo Syros, qui in Palastina sunt, circuncidi. Omnia autem qui habitant Palastinā, soli Iudei circunciduntur. Hoc igitur sciens, de ipsis dixit. Quin et Chærili, antiqui Poëtae, de Iudeorū gente testimonium.

Chærili, antiqui Poëtae, de Iudeorū gente testimonium.

Et isti sicut Aegypti facere dicuntur. De Aegyptiis autem et Aethiopibus dicere non possum, utri ab alteris didicere. Dixit ergo Syros, qui in Palastina sunt, circuncidi. Omnia autem qui habitant Palastinā, soli Iudei circunciduntur. Hoc igitur sciens, de ipsis dixit. Quin et Chærili, antiqui Poëtae, meminit de gente nostra, dicens quod militauerunt nostri maiores cum Xerxe Persarum Rege contra Gracos: et enumerans uniuersas gentes, nouissimam nostram posuit, ita dicens:

Huius miranda specie gens cæstra secuta,  
Phœnissam ignoto linguam mittebat ab ore.  
Sedes huic Solymi montes, stagnum prope vastum.  
Tonsa caput circum, squallenti vertice equini  
Exuuias capitis duratas igne gerebat.

Palam ergo est, sicut arbitror, quia nostri meminerit, eo quod et Solymi montes in nostri regione sunt constituti, in quibus habitamus, et stagnum, quod dicitur Asphaltites. hoc enim inter omnes stagnum in Syria latius atque maius est.

Asphaltites. hoc enim inter omnes stagnum in Syria latius atque maius est. Et Chærili quidem ita nostri meminit. Quod autem non solum sciebant Iudeos, sed etiam in quoquot incidenter admirabantur, non è vulgo Graci: sed ob

Clearchi Aristotelis discipuli de Iudeis testimonium.

sapientiam celebres, ostendere facile est. Clearchus enim Aristotelis discipulus, et Peripateticorum nulli secundus, in primo libro de somno, dicit Aristotelem doctorem suum, de quodam viro Iudeo ita referre: et ipsi Aristotelis eundem sermonem ascribit, quod ita conscriptum est. Sed alia quidem longum est dicere. Quæ vero habere potuerant illius admirationem quandam atque philosophiam, ea disco operæ pretium referre. Et Hyperochides: vehementer, inquit, audire desideramus uniuersi. Igitur secundum præcepta, Aristoteles inquit, Rhetorica, eius genus primo indicabimus, ne reluctemur doctoribus præceptorum. Dic, inquit Hyperochides, ita si placet. tum ille. genere igitur Iudei erat, è Cœlesyria: qui sunt ex propagine Philosophorum Indorum, vocanturq;

(ut aiunt) philosophi, apud Indos Calani, apud Syros autem Iudei nomen accipientes à loco. locus enim ubi habitant, appellatur Iudea. nomen verò eorum civitatis valde difficile est: vocant enim eam nomine Hierusalem. Is igitur homo multos hospitio recipiens, & de superioribus ad maritima descendens, grauiissimus erat non solum eloquio, sed etiam animo. Et tunc nobis degensibus apud Asiam, cum diuinus homo venisset ad ea loca, confabulari cœpit nobiscum, & cum alijs scholasticis eorum sapientiam tentans, cumq[ue] multi eruditorum congregarentur, tradebat potius aliquide eorum que habebat. Hac ait Aristoteles apud Clearchum, & super hac multa ac mirabilem continentiam Iudei viri in cibis & castitatem narrat. Licet autem volentibus hac ex ipsis lectione cognoscere. ego enim refugio plus quam decet inscrere. Clearchus igitur facta digressione, cum aliud propositum haberet, nostri generis ita meminit. Hecataeus autem Abderita, vir philosophus simul & circa actiones industrius, cum Alexandro Rego nutritus, & cum Ptolemao Lagi commoratus, non obiter, sed integrum de ipsis Iudeis conscripsit librum. Ex quo volo breuiter quadam eorum qua ab eo sunt dicta percurrere. Sed primitus tempus ostendam. meminit enim pralij, quo circa Gazam Ptolemaeus conflixit cum Demetrio, quod utiq[ue] contigit undecimo quidem anno post mortem Alexandri, Olympiade vero septima & decima atque centesima, sicuti refert Castor. adiiciens enim hanc Olympiadem, dicit: Sub hac Ptolemaeus Lagi vicit in Gazapralio Demetrium Antigoni, qui vocabatur Poliorcetes. Alexandrum vero profitentur uniuersi centesima & quartadecima Olympiade fuisse defunctum. Palam ergo est, quia & secundum illud tempus, & sub Alexandro genus florebat nostrum. Dicit igitur Hecataeus, quia post pralium ad Gazam, Ptolemaeus locorum que sunt circa Syriam dominus est effectus. Et multi hominum cognoscentes manuetudinem & clementiam Ptolemai, cum eo proficiisci ad Aegyptum, & rebus communicare voluere. Quorum unus, inquit, erat Ezechias pontifex Iudeorum: homo atate quidem quasi sexaginta & sex annorum, dignitate vero apud contribules maximus, & animo sapientissimus, potentissimus ad dicendum, & circa causas sicut nullus alter expertus. dicit etiam omnes Sacerdotes Iudeorum qui decimas accipiunt, & uniuersa incommuni gubernant, circa mille & quingentos existere. Rursus autem predicti viri faciens mentionem: hic, inquit, homo hunc honorem gerens, & affectus esse nobiscum, assumens aliquos suorum, differentiam cunctam exposuit: & habitationem suam & conuersationem, quam scriptam habebat, pariter indicauit. Deinde palam facit Hecataeus, quales circaliges existimus: & quia omnia sustinere, ne transcendamus eas, eligimus: & hoc esse optimum iudicamus. Dicit igitur hac: Et male sapientis a finitimis audientes, & omnes contumelias passi a Persicis Regibus & satrapis, non possunt mente mutari. Sed cum magna exercitatione, de his præcipue omnibus respondere parati sunt. Perhibet autem etiam indicia fortis animi circaliges non parua, dicens, Alexandro quondam in Babylone constituto, & volente Beli templum quod corruerat renouare, cunctisq[ue] militibus similiiter rudera portare præcipiente, solos Iudaos hoc facere non sustinuisse: sed etiam multas plagas, & detrimenta pertulisse non modica, donec eos ignoscente Rege securitas præberetur. Qui dum ad prouinciam, inquit, propriam reuersi fuissent, templa & altaria fabricata omnia destruxere. Et pro alijs quidem

Hecataeus Abderita  
cum Alexandro Re-  
ge nutritus.

Mille & quingenti sa-  
cerdotes Iudeorum  
decimas accipiunt.

Iudeorum contra  
Alexandrum con-  
stantia.

muletam satrapa exoluere, pro alijs vero veniam consecuti sunt. Adicit autem, quod merito ob hac mirabiles sint. Et quod gens nostra fuit multorum hominum numero copiosa: sed multa millia nostrorum traducta, in Babylonia Persa primum collocarunt: nec pauca etiam morte Alexandri in Aegyptum & Phoenicem sunt translata, propter seditionem in Syria factam. Idem vir & magnitudinem provincie quam incolimus, pulchritudinemq; narravit. Penè decies trecenta millia, inquit, iugera terrarum optimarum uberrima provincia possidere noscuntur. Iudea namque huius est amplitudinis. Et quis etiam ciuitatem ipsam Hierosolymorum spatiostam & maximam olim inhabitamus, & virorum multitudine copiosam, necnon & templi constructionem, idem ipse sic refert: Sunt autem Iudaorum & alia quidem multa munitiones per provinciam, atque vici. Una vero ciuitas munitissima, habens pricipue circuitum quinquaginta stadiorum, in qua commorantur hominum circa centum & quinquaginta millia, nomine Hierosolyma. Est autem in media ciuitate lapidea quadriporticus, centum per circuitum cubitorum, habens etiam duplices ianuas: in qua ara est quadranguli figuraione composita ex lapidibus non dolatis sed collectis, unumquodq; latus viginti cubitorum latitudinem habens, altitudinem vero decem. & circa eam maxima fabrica, ubi altare est constitutum & candelabrum, utraque aurea, duorum talentorum pondus habentia: & inextinguibile lumen noctibus & diebus. Simulacrum vero aut aliquod anathema ibi nequaquam est, nec ulla plantatio. nullus ibi veluti lucus, aut aliquid huiusmodi. Habitant autem in eo & noctibus & diebus sacerdotes, quodam purificationes agentes, & omnino vinum non bibentes in templo. Insuper autem, quia & cum Alexandri Regis successoribus postea militarunt, testatur hoc modo, dicens ea qua cognoverit a viro Iudeo in expeditione constituto: cuius verba subijcam. Ait enim: Ne si quidem eunte ad mare rubrum, una secutus est quidam cum alijs equestrium Iudaorum nos deducentium, nomine Mosollamus, vir animosus, inter omnes sagittarios Gracos & Barbaros pricipius.

Is igitur homoproprietibus multis pariter, & quodam vate augurium captante, & petente ut cuncti starent, interrogauit, cur substitissent omnes. Osteniente vero ei vate auem quam intuebatur, atque dicente: quod si quidem expidiret eis, ut manerent omnes, staret avis: si vero surgens anterius euolaret, procederent: si vero post tergum iret, recedere cunctos oporteret: rursum tacens, arcumq; trahens, sagittam emisit: & auem percussam interemit. Indignantibus vero vate & quibusdam alijs, & maledicentibus ei: Quid furitis, inquit, infaustissimam auem sumentes in manus? hac enim suam salutem nesciens, de nostro itinere nobis prosperitatem potuit indicare? Si enim prascire futura valuisse, in hunc locum nequaquam venisset, metuens ne sagitta a Mosollamo Iudeo periret. Sed Hecatas testimonia iam quiescant. facile namque est, volentibus ipsum librum legere, & hac apertius inuenire. Non vero me pigebit Agatharchidem introducere, licet homo minimè malus, ut ei visum est, nobis detraxisse videatur. Isenim narrans de Stratonice, quemadmodum venit in Syriam è Macedonia viro suo Demetrio derelicto: Seleuco autem uxorem eam ducere nolente, quod illa sperabas, exercitu eius in Babyloniam posito, circa Antiochiam bellam mouit. Deinde quomodo reuerso Rege Antiochia capta, in Seleuciam illa fugiens, cum posset velocius abnauigare, somnio prohibita ne faceret,

Amplitudo Iudeæ.

30. Stadia ferè sex milia Germanica constituantur.

Sacerdotes in templo habitant, & vinum bibunt.

Agatharchidis de Iudeis testimonium.

capit

capta atq; defuncta est. Hac ergo prefatus Agatharchides, & derogans superstitioni Stratonices, utitur exemplo generis nostri, sic scribens: Qui vocantur Ju-dai, habitant omnium munitissimam ciuitatem, quam vocare Hierosolymam pro-uinciales solet. hi vacare consueti sunt septima die, & neq; arma portare in pra-dictis diebus, neq; terrae culturam contingere, neq; alterius cuiuspiam curam ha-bere patiuntur, sed in templis extendentes manus, adorare usq; ad vesperam so-liti sunt. Ingrediente vero in ciuitatem Ptolemao Lago cum exercitu & multis hominibus, cum custodire debuerint ciuitatem, eis stultitiam obseruantibus, pro-uincia quidem dominum suscepit amarissimum: lex verò manifestata est malā habere solennitatem. huiusmodi autem casus, prater illos, alios quoq; docuit uni-versos: ut tunc ad somnia & opiniones qua tradebantur de lege confugiant, dum circa res necessarias ratio nihil valeat humana. Hoc quidem Agatharchidi vi-detur esse ridiculum: eis autem qui hec examinant integrius, appareat magnū, & precipua laude dignissimum: si & saluti & patria quidem, custodiam legum pietatemq; diuinam praponere concupiscant. Quod verò non ignorantes quidam conscriptorum gentem nostram, sed propter inuidiam quasdam ob si-miles causas memoriam nostri omiserunt, hoc indicium me arbitror esse prabi-turum. Hieronymus enim qui de successoribus conscripsit historiam, ipso tem-pore quo Hecataeus fuit: & amicus existens Regis Antigoni, Syria presidebat. Verum Hecataeus etiam librum conscripsit de nobis: Hieronymus autem nequa-quam nostri in historia meminit, licet penè in ipsis locis nutritus esset. In tan-tum voluntates hominum differebant. alter namque dignos existimauit de quibus diligenter memoria proderet: alterum verò omnino circa veritatem quadam passio cernitur obscurasse. Sufficiunt tamen ad comprobationem anti-quitatis nostra, & Egyptiorum & Chaldaorum atque Phoenicum historie, & su-per illas Gracorum pariter conscriptores. nam prater supradictos, Theophilus etiam, & Theodotus, & Mnaseas, & Ariphanes, & Hermogenes, & Eueme-rus, & Conon, & Zopyrion, & multi fortasse alijs (non enim ego omnibus libris incubui) non obiter nostri fecere mentionem. Plurimi namque predictorum virorum, veritate quidem antiquarum rerum frustrati sunt, quia lectioni sa-cræ nostrorum non intubuere librorum: communiter tamen de antiquitate testati sunt, pro quanunc dicere proposui. Phalereus sanè Demetrius, & senior Philon, & Eupolemus, non multum veritate frustrati sunt: quibus dari veniam dignum est. Non enim inerat eis, ut nostras literas possent omni scrupulositate sequi. His ita dictis, unum adhuc mihi capitulum est relictum ex his qua in principio libri posui, quatenus derogationes & maledicta, quibus utitur qui-dam contra genus nostrum, falsas ostendam: & conscriptoribus eorum testibus utar, quando consribentes hac contra se metipso locuti sunt talia. Quod ve-rò multis alijs hoc euenit propter quorundam odia, arbitror intelligere eos qui in historijs versari solent. Quidam enim gentium, & gloriofissimarum ciuitatum fœdere nobilitatem, & conuersationi detrahere tentauere: Theopompus quidem Atheniensium, Lacedamoniorum vero Polycrates. Is autem qui Tri-politicum conscripsit (non enim Theopompus hoc fecit, sicuti quidam putant) etiam Thebaorum momordit urbem. Multa vero etiam Timaeus in historijs, de predictis, & de alijs blasphemauit. Et hoc pricipue faciunt, quando glorio-fissimos in aliqua parte calumniantur: quidam propter inuidiam atque male-

Sabbatum Iudeo-rum.

Cur quidā historio-graphi Iudeorum mentionem omis-crint.

Postremum capitulū contra quorundam derrogationes & ma-ledicta.

uolentiam, alij verò propter verbosam nouitatem memoria se dignos iudicantes. Et apud stultos quidem nequaquam hac spe fraudantur, qui non sanum noscuntur habere iudicium: sani verò auditores eorum malignitatem condemnabunt.

Blasphemiarum inter Iudeos & Aegyptios causa.

Blasphemiarum igitur in nos sàpe congestarum huiusmodi causa est. Volentes Aegyptijs gratificari quidam, veritatem corrumpere tentauere. Et neq; aduentum in Agyptum nostrorum progenitorū, sicut contigit, sunt confessi: nec rursus egressum cum veritate dixere: multasq; causas odij ac inuidiae pariter habuere. Principio quidem, quia in eorum regione nostri progenitores potentes effecti sunt: unde regresi ad propria denuò fuere felices. Deinde sacrorum diuersitas, multas inter eos fecit inimicitias: in tantū præstantiore nostra pietate quam solennitates illorum, quantū Dei natura animalibus irrationalib. sine dubitatione præstat. Communis namq; apud illos ritus est, eiusmodi bruta arbitrii Deos singillatim autem alij alia colunt, vani ac fatui omnino homines, et ab initio uti his malis opinionibus consueti: Et propterea nequaquam imitari nostrā honestatem de diuinaria ratione potuere. Videntesq; multos nostrā zelari conuersationem, inuidiā habuere: Et ad tantam fatuitatem ac pusillanimitatem quidā perducti sunt, ut non pigeret eos etiam contra antiquas suorū scriptiones aliqua dicere. Qui cum hoc faciunt, sibi metipis aduersa conscribere passione cœtitatis ignorauere. In uno tamen et maximo viro verbum meū comprobabo, quo usus

Aegyptiorum idolo-latria.

Manethon Aegypti historiographus.

sum ante paululum nostrae antiquitatis teste. Manethon itaq; qui Agyptiacā historiam ex literis sacris se interpretaturum pollicitus est, prefatus nostros progenitores cum multis millibus in Agyptum aduenisse, et illic incolas subiugasse: deinde ipse confessus est, quia posteriori tempore amittentes eam, prouincia qua nunc Judea vocatur obtinuissent: Et adificantes Hierosolymam, construxissent templum. Et hactenus conscriptiones secutus est antiquorum. Deinde usurpans sibi met licentiam, professusq; se scribere ea quæ in fabulis vulgaribus feruntur, incredibilia verba de Iudeis inseruit, volens permiscere nobis plebem Agyptiorum leprosorum, aliorumq; languentium, quod, sicut ait, abominatione ex Agypto fuga dilapsi sunt. Amenophin enim Regem adiecit, quod est falsum nomen. Et propterea tempus regni eius nequaquam diffinire præsumpsit, cum aliorum Regum omnes annos perfectè protulerit. Hinc itaq; quasdam annexit fabulas, penè oblitus, quod egressum pastorum ad Hierosolyma ante quingentos decem et octo annos factum esse protulerat. Themusis enim erat Rex, quando egressi sunt. Et ab hoc tempore, Regum qui postea fuere, anni sunt trecenti nonaginta tres, usq; ad fratres nomine Sethonem, et Hermaum: quorum Sethonem quidem Agyptum, Hermaum vero Danaum denominatū dicit: quem expellens, inquit, Sethon, regnauit annis quinquaginta et nouem: Et post hunc senior è filiis Rhampses annis sexaginta sex. Ante tot igitur annos egressos ex Agypto patres nostros confessus, deinde Amenophin adiiciens Regem, hunc ait et Deorum fuisse contemplatorem, sicut Orum quendam priorum Regum: Et implesse desiderium eius sacerdotem Amenophin natum ex patre Papio: qui videbatur quasi diuina participare natura, secundū sapientiam præscientiamq; futurorum. Et dixisse Regi hunc cognominem, quod posset videre Deos, si prouinciam à leprosis et alijs maculatis hominibus purgare contenderet. In quo latum Regem, omnes dicit corpore debiles ex Agypto cōgregasse, et fecisse multitudinem numero octuaginta millia. Eosq; ad sectiones lapidum in partem Nili orientalem

Manethonis de Aegyptiorum leprosis tabula.

orientalem mississe: simul & alios Aegyptios, quibus hoc erat iniunctum. Fuisse autem quosdam inter eos etiam eruditorum sacerdotum lepra perfusos ait. Amenophis vero illum sapientem diuinumq; virum refert timuisse & erga se met ipsum & erga Regem Deorum indignationem, qui aperte suaserat eis vim fieri: & dixisse, quoniam auxiliarentur quidam macularis hominibus, & Aegyptum obtinerent tredecim annis. Et hac eum non quidem presumpsisse Regi dicere, sed de his hominibus conscriptum reliquissime librum, ac sibi mortem consciuisse. & propterea Regem in anxietatem maximam peruenisse. Deinde ad verbum bac refert.

Itaque rogatus Rex, ut ad requiem & tutamen eorum fecerneret ciuitatem, desertam urbem, qua fuerat pastorum, nomine Auarim, prabuit eis. Est autem hac ciuitas secundum theologiam antiquam, Typhonis. Porro illi in hanc ingressi, & locum hunc ad rebellandum optimum, ducem sibi met quendam Heliopolitanorum Pontificum Osarsiphum constitueret, & huic se obedire in omnibus iurauerunt. at ille primum quidem eis legem posuit, ut neque Deos adorarent, neque ab animalibus, qua precipue sacra apud Aegyptios erant, se penitus abstinerent: nulliq; copularentur nisi cum quibus fædus habere videbantur. Hec autem sentiens, & alia plura, maxime Aegyptiorum consuetudinibus inimica pracepit multo opere muros adificari ciuitatis: & ad bella preparari contra Amenophin Regem. Ipse vero assumens secum etiam alios sacerdotes, & maculatorum quosdam, misit legatos ad pastores: qui videbantur à Themise Rege depulsi ad Hierosolymorum urbem, causas suas & aliorum qui simul fuerant exhonorati significans, & poscens ut pariter contra Aegyptum castrametarentur. promisit q; eos fore venturos: primum quidem in Auarim progenitorum suorum provinciam, & necessaria populis abundantius exhibenda: pugnatores autem opportunotempore, & provinciam facilimè subdituros. Illi vero latitia cumulati, omnes alacriter usque adducenta millia virorum pariter sunt egressi: & non post multum ad Auarim usque venere. Amenophis autem Aegyptiorum Rex, dum illorum audisset inuasionem, non mediocriter perculsus est, dum recordaretur quod ei pradixerat Amenophis Papij. Et primum quidem congregans Aegyptiacam plebem, facto consilio cum principibus eorum animalia sacra, & que precipue à sacerdotibus honorabantur, antè premisit: & sacerdotibus particulariter iussit, ut simulacra eorum cautè celarent. Filium vero Sethonem, qui etiam Ramesses à Rampse patris nomine vocabatur, cum quinq; esset annoru, apud suum coenendauit amicum. Ipse vero transiens cum alijs Aegyptijs, usque ad trecenta millia virorum, bellatoribus viris occurrens, congressus non est. Putans enim semet ipsum contra Deum pugnare, retrorsum reuersus venit ad Memphis: & sumens Apim & alia sacra, mox in Aethiopiam cum uniuersis nauibus & multitudine venit Aegyptiorum. Per gratiam namq; erat ei subiectus Aethiopum Rex: propter quod suscipiens etiam populum uniuersum, prabuit alimenta hominibus necessaria, qua provincia ministrabat, & ciuitates ac vicos, qui ad fatale illud tredecim annorum exilium sufficerent. Et in Aethiopia quidē hac gesta sunt. Solymita vero descendentes cum viris pollutis Aegyptiorum, sic peñime hominibus usi sunt, ut eorum victoria esset peñima his, qui tunc eorum impictates inspiciebant. non solum etenim ciuitates & vicos concremauere, sacrilegia facientes, & Deorum idola

Osarsiphus Dux Auaris.

Electorum contra Aegyptios bellum.

Aegyptiorum Rex in Aethiopiam fugit, eumq; Aethiopū Rex honorifice suscipit.

deuastantes, sed etiam ipsa sacra animalia qua colebantur crudelissime discer-  
perunt, peremptores & occisores horum sacerdotes atque prophetas esse cogen-  
tes, quos etiam expellebant nudos. Dicitur itaque, quod politiam & leges eis  
composuit sacerdos quidam, genere Heliopolites, nomine Osarsiphon, vocatus  
ex nomine Osireos Heliopolitani Dei: qui dum conuersus fuisset ad hoc genus,  
mutauit nomen & vocatus est Moses. Quia igitur Aegyptij de Judais fe-  
runt, hac sunt. Sed & multa breuitatis causa prætereo. Dicit autem rursus  
Manethon, quia postea Amenophis ex Aethiopia digressus est cum magna  
virtute: simul & filius eius Rampses, & ipse habens magnum exercitum. Et con-  
gressi contra pastores atque pollutos, vicerunt eos: & multis casis persecuti sunt  
eos usque ad Syria fines. Hac equidem & huiusmodi Manethon conscripsit.

Onarsiphon postea  
Moses vocatus.

Manethonis fragmenti depulsio.

Quia vero anilia loquitur deliramenta, atque mentitur, aperta ratione mon-  
strabo: illud primò distinguens, quod postea referendum est. Is enim concessit no-  
bis, atque professus est, quod ab initio non fuerint Aegyptij genere, sed extrinse-  
cus illuc aduenissent, & Aegyptum obtinuerint, & ex ea rursus egressi sint no-  
stri progenitores. quod vero nobis postea permixti non sunt Aegyptij corpore de-  
bilitati: & quod ex his non fuit Moses, qui populum duxit ex Aegypto, sed an-  
te multas generationes extitit, per ea qua ipse dixit, conabor ostendere. Primam  
itaque causam posuit figmenti ridiculam. Rex enim, inquit, Amenophis concu-  
pit videre Deos. quos putas? siquidem qui apud eos solennes erant, Boues &  
Hircum, & Crocodilos, & Cynocephalos, videbat. celestes autem quomodo po-  
terat? & cur hoc habuit desiderium? quia utique & prior Rex alter hos vide-  
rat? Ab illo ergo audiens, quales essent, & quemadmodum eos vidisset, nouane-  
quaquam egebat arte. sed forte sapiens erat ille vates, per quem hac Rex posse  
agere confidebat. quod si ita fuisset, quomodo impossibile concupiscentiam  
non presciuit? non enim euenit quod voluit. Proinde quam rationem habere po-  
tuit, ut propter mutilos aut leprosos ei inuisibiles essent? Frasuntur enim pro-  
pter impietates, non propter corporum vitia. Deinde, tam multa milia lepro-  
orum & male habentium, una penè hora quomodo fuit possibile congregari?  
aut quomodo Rex non obediuit vati? Ille namque pracepit debiles Aegyptios  
exilio deportari, hic autem eos ad sectiones lapidum destinavit, tanquam ope-  
rarijs indigens, & non purgare prouinciam volens. Ait autem quod vates se-  
metipsum peremit, prauidens Deorum iram, & qua erant in Aegypto futura,  
& conscriptum librum Regi reliquit. Proinde quomodo ab initio vates etiam  
suum interitum non presciuit? quomodo non repente Regi contradixit volen-  
ti videre Deos? aut qua ratione timebat, iam non sui temporis calamitatem?  
aut quid nam gravius imminebat, quod morte preueniret? Quod vero inter-

Verborum Manetho-  
nis repetitio.

omnia stultius est, videamus: Audiens enim hac, inquit, & de futuris iam me-  
tuens, debiles illos quibus Aegyptum purgare debuerat, neque tunc de prouin-  
cia pepulit: sed roganibus eis, sicut ait, ciuitatem dedit dudum à pastoribus ha-  
bitatam: qua vocabatur Auaris. Ad quam congregati, principem inquit, dele-  
geret ex sacerdotibus Heliopolitanis: qui eis legem posuit, ut neq; Deos adora-  
rent, neque ab Aegytiaca festiuitatis animalibus abstinerent, sed omnia perime-  
rent, atque consumerent, nulliq; penitus miscerentur, nisi cum quibus coniurati  
esse videbantur: & iure iurando multitudine obligata, quatenus in eis legibus  
perdurarent, Auarim ciuitatem munitam cōtra Regem dicit eos bellō sumpsisse.

Adiecit

Adiecit autem, quia misit Hierosolymam rogans illos pro auxilijs exhibendis, & daturum Auarim compromittens, qua foret ex Hierosolymis volentium exire maiorum: & ex qua procedentes omnem Aegyptum obtinerent. Deinde subiungit illos quidem venisse cum ducentis millibus armatorum. Regem vero Amenophin Aegyptiorum, cum nolle repugnare Deo, mox ad Aethiopiam refugisse, & Apim cum alijs sacris animalibus deuexisse. Hierosolymitas vero inuasione facta, & ciuitates depopulatos, & templa concremasset, & equestris peremisse refert: & nullam iniquitate aut crudelitate abstinuisse. Qui vero politiam & leges eis exhibuit, sacerdos, inquit, erat genere Heliopolites, nomine Orsasiphus, vocatus ab appellatione Osireos Heliopolitani Dei: & mutato nomine dictus postea Moses. Tertio decimo vero anno Amenophin, postquam regno pulsus est, ex Aethiopia profecto cum multis millibus dicit: & congressum contra pastores atque pollutos, habita confictione, viciisse. & multos interficientem, usque ad fines Syriae persecutum. In his iterum non intellexit sine verisimilitudine se mentiri. Leprosi namque, & cum eis multitudo collecta debilium, licet primitus irascerentur Regi, circa se utique talia facienti, secundum premonitionem vatis, tamen cum a sectione lapidum sunt egressi, & prouinciam perceperere, omnes circa eum mitiores effecti credendi sunt. Porro si adhuc & illum odso habebant, seorsum magis insidiari potuissent, non omnibus bellum inferre, cum scilicet plurimi existentes multorum illic cognationes haberent. Proinde etiam si contra homines pugnare decreuerent, non tamen contra Deos impietatem gerere presumebant: nec contraria suis agere legibus, in quibus educti esse noscuntur. Oportet itaque nos Manethoni gratias agere: quoniam hi ius iniquitatis principes dicit, non eos qui ex Hierosolyma sunt egressi, sed illos ipsos Aegyptios esse probat, & maxime sacerdotes, atque iurisurandi vinculum illorum multitudine conuenisse. Illud autem quomodo non irrationaliter est? Domesticorum quidem & amicorum nemo cum illis rebellauit, nec periculorum belli particeps factus est: sed miserè maculatos ad Hierosolymam, ut ab eis auxilia poscerent. quanam amicitia aut societate intercedente? hostes enim magis erant, & moribus plurimum differebant. At illi confessim, ut ait, vocantibus morem gessere, nempe inducti pollicitationibus, quod Aegyptum occupari essent: quasi ipsi non admodum eius regionis gnari essent, ex qua per vim pulsi fuerant. qui si tum miseram aut egenam vitam egissent, merito fortasse negocium aggressi essent. Cum autem urbem habitarent fortunatam, & agrum amplum meliorem Aegypto colerent, quid tandem erat, cur ob veteres hostes, eosq; corporibus affectis, quales nemo domesticos ferat, periculum adirent: neque enim futuram Regis fugam presciebant. nam, ut ipse dixit, filius Amenophis cum trecentis millibus ad Pelusium occurrebat. & hoc quidem omnino sciebant qui proficisciabantur: mutationem vero propositi & fugam unde connectare poterant? Deinde occupatis horreis Aegypti, multa mala fecisse ait Hierosolymitanum exercitū: atq; hac eis exprobrat: quasi non hostes eos induxisset: aut quasi hæc sint aliunde accito militi obijcienda, cum eadem ante adventum eorum fecissent, facturosq; se iurassent ipsi Aegyptij. Quinetiam aliquanto post Amenophis hostes aggressus prælio vicit: fusoq; ac fugatos Syriam usque persecutus est. adeò scilicet Aegyptus est omnibus undecunq; inuadentibus captiuus facilis: & quis unce in iure belli potiebantur, cum scirent Amenophis viuere,

Præcedentium de-  
pulsio.

deuastantes, sed etiam ipsa sacra animalia qua colebantur crudelissime discer-  
perunt, peremptores & occisores horum sacerdotes atque prophetas esse cogen-  
tes, quos etiam expellebant nudos. Dicitur itaque, quod politiam & leges eis  
composuit sacerdos quidam, genere Heliopolites, nomine Osarsiphus, vocatus  
ex nomine Osireos Heliopolitanus Dei: qui dum conuersus fuisset ad hoc genu,  
mutauit nomen & vocatus est Moses. Quia igitur Aegypti de Iudaicis fe-  
runt, hac sunt. Sed & multa breuitatis causa prætereo. Dicit autem rursus  
Manethon, quia postea Amenophis ex Aethiopia digressus est cum magna  
virtute: simul & filius eius Rampses, & ipse habens magnum exercitum. Et con-  
gressi contra pastores atque pollutos, vicerunt eos: & multis crasis persecuti sunt  
eos usque ad Syria fines. Hac euidem & huiusmodi Manethon conscripsit.  
Quia vero anilia loquitur deliramenta, atque mentitur, aperta ratione mon-  
strabo: illud primo distinguens, quod postea referendum est. Is enim concepit no-  
bis, atque professus est, quod ab initio non fuerint Aegypti genere, sed extrinse-  
cus illuc aduenissent, & Aegyptum obtinuerint, & ex ea rursus egressi sint no-  
stri progenitores. quod vero nobis postea permixti non sunt Aegypti corpore de-  
bilitati: & quod ex his non fuit Moses, quis populum duxit ex Aegypto, sed ante  
multas generationes extitit, per ea qua ipse dixit, conabor ostendere. Primam  
itaque causam posuit figmentum ridiculam. Rex enim, inquit, Amenophis concu-  
pit videre Deos. quos putas? siquidem qui apud eos solennes erant, Bouem &  
Hircum, & Crocodilos, & Cynocephalos, videbat. cœlestes autem quomodo po-  
terat? & cur hoc habuit desiderium? quia utique & prior Rex alter hos vide-  
rat? Ab illo ergo audiens, quales essent, & quemadmodum eos vidisset, nouane-  
quaquam egebat arte, sed forte sapiens erat ille vates, per quem hac Rex posse  
agere confidebat. quod si ita fuisset, quomodo impossibilem concupiscentiam  
non presciuit? non enim euenit quod voluit. Proinde quam rationem habere po-  
tuit, ut propter mutilos aut leprosos ei inuisibiles essent? frascuntur enim pro-  
pter impietas, non propter corporum vitia. Deinde, tam multa millia lepro-  
orum & male habentium, una penè hora quomodo fuit possibile congregari?  
aut quomodo Rex non obediuit vati? Ille namque præcepit debiles Aegyptios  
exilio deportari, hic autem eos ad sectiones lapidum destinauit, tanquam ope-  
rarijs indigens, & non purgare prouinciam volens. Ait autem quod vates se-  
metipsum peremit, prævidens Deorum iram, & qua erant in Aegypto futura,  
& conscriptum librum Regi reliquit. Proinde quomodo ab initio vates etiam  
suum interitum non presciuit? quomodo non repente Regi contradixit volen-  
ti videre Deos? aut qua ratione timebat, iam non sui temporis calamitates?  
aut quid nam grauius imminebat, quod morte praueniret? Quod vero inter  
omnia stultius est, videamus: Audiens enim hac, inquit, & de futuris iam me-  
tuens, debiles illos quibus Aegyptum purgare debuerat, neque tunc de prouin-  
cia pepulit: sed roganibus eis, sicut ait, ciuitatem dedit dudum à pastoribus ha-  
bitatam: qua vocabatur Auaris. Ad quam congregati, principem inquit, dele-  
geret ex sacerdotibus Heliopolitanis: qui eis legem posuit, ut neq; Deos adora-  
rent, neque ab Aegyptiaca festiuitatis animalibus abstinerent, sed omnia perime-  
rent, atque consumerent, nulliq; penitus miscerentur, nisi cum quibus coniurati  
esse videbantur: & iure iurando multitudine obligata, quatenus in eis legibus  
perdurarent, Auarim ciuitatem munitam cōtra Regem dicit eos bello sumpsisse.

Oarsiphus postea  
Moses vocatus.

Manethonis figura-  
ti depulso.

Verborū Manetho-  
nis repetitio.

Adiecit

Adiecit autem, quia misit Hierosolymam rogans illos pro auxiliis exhibendis, et daturum Auarim compromittens, qua foret ex Hierosolymis volentium exire maiorum: ex qua procedentes omnem Aegyptum obtinerent. Deinde subiungit illos quidem venisse cum ducentis milibus armatorum. Regem vero Amenophin Aegyptiorum, cum nollet repugnare Deo, mox ad Aethiopiam refugisse, et Apim cum alijs sacris animalibus deuexisse. Hierosolymitas vero inuasione facta, et ciuitates depopulatos, et templa concrematis, et equestris peremissi refert: et nullainiquitate aut crudelitate abstinuisse. Qui vero polisiam et leges eis exhibuit, sacerdos, inquit, erat genere Heliopolites, nomine Orsasiphus, vocatus ab appellatione Osireos Heliopolitani Dei: et mutato nomine dictus postea Moses. Tertio decimo vero anno Amenophin, postquam regno pulsus est, ex Ethiopia profecto cum multis milibus dicit: et congressum contra pastores atque pollutos, habita confictione, viciisse. et multos interficiens, usque ad fines Syria persecutum. In his iterum non intellexit sine verisimilitudine se mentiri. Leprosi namque, et cum eis multitudo collecta debilium, licet primitus irascerentur Regi, circa se utique talia facienti, secundum premonitionem vatis, tamen cum a sectione lapidum sunt egressi, et prouinciam perceperere, omnes circa eum mitiores effecti credendi sunt. Porro si adhuc illum odio habebant, seorsum magis insidiari potuissent, non omnibus bellum inferre, cum scilicet plurimi existentes multorum illic cognationes haberent. Proinde etiam si contra homines pugnare decreuerent, non tamen contra Deos impietatem gerere presumebant: nec contraria suis agere legibus, in quibus educatione esse noscuntur. Oportet itaque nos Manethoni gratias agere: quoniam in huius iniquitatis principes dicit, non eos qui ex Hierosolyma sunt egressi, sed illos ipsos Aegyptios esse probat, et maxime sacerdotes, atque iurisvrandi vinculum illorum multitudine conuenisse. Illud autem quomodo non irrationaliter est? Domesticorum quidem et amicorum nemo cum illis rebellauit, nec periculum belli particeps factus est: sed miserè maculatos ad Hierosolymam, ut ab eis auxilia poscerent. quamam amicitia aut societate intercedente? hostes enim magis erant, et moribus plurimum differebant. At illi confessim, ut ait, vocantibus morem gessere, nempe inducti pollicitationibus, quod Aegyptum occupari essent: quasi ipsi non admodum eius regionis gnari essent, ex qua per vim pulsi fuerant. qui si tum miseram aut egenam vitam egissent, merito fortasse negotium aggressi essent. Cum autem urbem habitarent fortunatam, et agrum amplum meliorem Aegypto colerent, quid tandem erat, cur ob veteres hostes, eosque corporibus affectis, quales nemo domesticos ferat, periculum adirent: neque enim futuram Regis fugam prescriebant. nam, ut ipse dixit, filius Amenophis cum trecentis milibus ad Pelusium occurrebat. et hoc quidem omnino sciebant qui proficisciabantur: mutationem vero propositi et fugam unde connectare poterant? Deinde occupatis horreis Aegypti, multa mala fecisse ait Hierosolymitanum exercitum: atque, hec eis exprobrat: quas non hostes eos induxisset: aut quasi haec sint aliunde accito militi obicienda, cum eadem ante adventum eorum fecissent, facturosque se iurassent ipsi Aegyptij. Quinetiam aliquantopost Amenophis hostes aggressus pralio vicit: fusoque ac fugatos Syriam usque persecutus est. adeo scilicet Aegyptus est omnibus undecunq; inuadentibus captu facilis: et quis unce a iure belli potiebantur, cum scirent Amenophis vivere,

Præcedentium de-  
pulsio.

altaria quotquot inuenirent euerterent. quibus comprobatis ac destinatis, multitudinem iter fecisse per desertum, ac post multa incommoda tandem ad loca culta peruentum. tum verò ē hominibus iniuriose tractatis, ē fanis compilatis ac incensis, venisse in eam qua nunc Iudea dicitur: conditaq; ciuitate hic ha-

Quando Iudei Iudeam occuparint, & urbem Hierosolymam ædificariant.

bitare, urbem vero iugovra, ex renominatam. aliquanto autem post iam auctos viribus mutasse nomen vitandi probri gratia: ē urbem Hierosolyma, scipios Hierosolymos vocasse. Hic non eundem quem illi inuenit Regem, sed recentius nomen confinxit: ē omisso somnio ac propheta Ægyptio ad Ammonem abiit de impetiginosis ē leprosis responsum relatus. ait enim ad templo collectam multitudinem Iudaorum, incertum leprosis ne nomen imponens, an quod solos Iudaos morbus occuparit. dicit enim populus Iudaorum. Qualis, aduena, an indigena? Cur igitur eos cum sint Ægypti, Iudaos vocas? Quod si hospites sunt, cur unde nam sint non dicis? Quomodo autem cum Rex tam multos ex his mari mersisset, reliquos in loca deserta cieciisset, tanta multitudine superfuit? aut quomodo pertransierunt desertum, ē occupauerunt regionem quam nunc teneamus, ē condiderunt urbem, ē exstruxerunt templum apud omnes celebre? oportebat autem de legislatore non solum nomen dicere, sed ē genus, quisnam, ē ex quibus ortus. quamobrem verà tales eis inter eundum aggressus sit ferre leges, de Dijs, etiam erga homines iniustas. Siue enim Ægypti erant genere, non tam facile patrios mores mutare potuissent, siue aliunde erant, omnino alias habebant leges longa consuetudine obseruatas. Si igitur de expulsoribus suis iurassent, nunquam se illis fore benevolos, rationem non absurdam habuissent. Quod si bellum interneccinum. aduersus uniuersos mortales suscepserunt, cum essent (ut ipse ait) miseri, ē omnium opis egeni, maxima stultitia non illorum, sed hac fingenis ostenditur. Fste namque etiam nomen impositum ciuitati à templorum spoliatione, præsumpsit dicere, ē hoc postea fuisse mutatum. Mirum ni, quia posteris quidem turpe fuit tale nomen ē odiosum: ipsi vero qui fundauere urbem, ornare semetipsos etiam vocabulo credidere. Hic autem generofus vir pranimia detractationis impotentia non intellexit, Hierosolyma non idem voce Judaica quod Greca significare. Quid ergo amplius quilibet dicaret contra mendacium tam impudenter expositum? Sed quoniam

Contra mendacium impudenter expositum nihil dicendum.

congruam iam magnitudinem suscepit hic liber, aliud faciens principium, catena presentis operis explanare tentabo.

FLAVII



FLAVII JOSEPHI DE  
ANTIQUITATE IUDAICAE,  
ORVM CONTRA APIONEM

Alexandrinum, ad Epaphroditum,

L I B E R II.



RIORI quidem volumine, charissimem mihi Epaphrodite,  
de antiquitate nostra monstravi, Phoenicum & Chaldaeum,  
Acgyptiorumq; literis satisfaciens veritati: mul-  
tosq; Gracorum conscriptores adducens, & meam è di-  
uerso disputationem aduersus Manetbonem, & Chare-  
monem, & alios quosdam exhibui. nunc autem inchoabo  
reliquos arguere, qui contra nos aliqua conscripsere. Im-  
pulsus enim sum contra Apionem respondere grammati-  
cum, si tamen assumi hoc oportet officium. Horum igitur, quæ ab eo conscripta  
sunt, alia quidem similia sunt dictis aliorum, alia valde frigida. Plurima vero  
quantum tantummodo detractionem habentia, & multam (ut ita dixerim)  
inerudit probationem, tanquam ab homine composita, & moribus prauo, & to-  
tius vita sua temporibus importuno. Quia vero multi hominum propter stul-  
titiam suam his potius sermonibus capiuntur, quam illis qua multo studio con-  
scribuntur: & de rogationibus quidem gaudent, praconijs vero mordentur, ne-  
cessarium duxi ne hunc quidem inscrutatum relinquere, qui nos tanquam in iu-  
dicio criminatur. etenim hoc quoq; plerisq; mortalium insitum video, ut gaude-  
ant quoties maledicunt quispiam ipse sua mala à lacebito audit. Et quidem nec  
orationem eius legere facile est, neq; aperte cognoscere quid dicere velit: sed ve-  
lut in multa tumultuatione ac mendaciorum perplexitate nunc similia supra  
penitatis de maiorum nostrorum ex Aegypto migratione afferunt: nunc incolas  
Alexandria Iudaos calumniatur: in superq; de sacris templi nostri ceremonijs at-  
que alijs ritibus nostris accusationem admiscet. Patres igitur nostros nec Aegy-  
ptios genere fuisse, neq; ob labem corporum aut similem aliam calamitatem in-  
de pulsos, non mediocriter solum, sed penè ultra modum, superius à me declara-  
tum existimo: ceterum qua his adiungit Apion, compendio memorabo. Dicit  
enim in tertio rerum Aegyptiacarum hac: Moses, ut acceperit grandioribus  
natu Aegyptijs, Heliopolitanus erat, qui patrijs institutus moribus, subdi-  
uales precatioes ad septa qualia ciuitas habebat, reduxit. ad subsolanum au-  
tem omnia conuertebat. ita enim Heliopolis sita est. pro obeliscis vero statuit  
columnas, sub quibus ceu pelvis forma exprimebatur: umbra vero in eam inci-  
dens, ut pote per sudum, eundem semper cum sole cursum circumvoluebat. At-  
que huiuscmodi est admiranda illa huius grammatici phrasis. Mendacium  
vero eius non tam nostris verbis evidenter coarguitur, quam Moses operibus:  
neque enim cum primum tabernaculum Deo construeret, aut ipse ullam talem  
formam ei indidit, aut posteros facere pracepit: atque is qui postea templum  
Hierosolymis construxit Solomon, omni tali curiositate abstinuit, qualem con-  
finxit Apion. Accepisse autem se dicit a maioribus natu Moses Heliopolita-  
num: scilicet ipse iunior, sed his fidem habens, qui per etatem illum familia-

Ab Apione quidem  
valde frigida  
scripta.

Apion de Mose  
gente Iudaico.

Apionis de Mose &  
templo Iudaico n. c.  
daciū coarguitur.

riter nouerant. Et de Homero quidem poeta, quamvis grammaticus, non posset quanā eius sit patria certò affirmare, neq; de Pythagora tantū nō heri nudiusue tertius nato: de Mose vero tam multis annis illos precedente tam facile decernit, credens seniorum relatione: unde manifestè illum mentiri appetet. Quin

Temporum ratio a-  
pud historiographos  
inæqualis.

Et temporum ratio, quibus Mosen ait eduxisse leprosos et cacos et clados, bellè concinit iuxta grammaticum hunc diligentissimum. Manethon enim regnante Tethmosi Iudaos dicit ex Aegypto discessisse, annis CCCXCIII. antequam Danaus apud Argos exularet. Lysimachus autem tempore Bocchoris Regi, hoc est, ante annos MDCC: Molon vero et alij quidam, ut cuique visum est. At vero Apion cateris fide dignior, exactè illum exitum definiuit VII. Olympiade, et huic anno primo: quo, ut ait, Pœni Carthaginem considerunt. Carthaginis autem mentionem adiecit, ratus argumentum id veritatis se habiturum evidenterissimum: nec animaduertit à semet ipso adductū quo coargueretur. si enim de hac colonia monumentis Phœnicum credendum est, in illis Hiram Rex traditur antiquior Carthagine condita annis plus quam C. L. de quo superius ex Phœnicum commentarys probavi, quod Solomoni templi Hierosolymitanici conditori amicus fuerit, et multa ad templi fabricam cotulerit. Solomon vero adificauit templum post Iudaorum discessum ex Aegypto annis DCXII. Porro numeram pulsorum eundem quem Lysimachus commentus ( ait enim C. et x. eorum fuisse millia ) miram quādam et credibilem reddit causam, cur sabbatum nominatum sit. Exacto enim ( inquit ) sex dierum itinere, inguinum ulceribus affecti sunt: et hac de causa septima die quieuerunt: incolumes constituti in regione que nunc Iudea vocatur. Et appellauerunt eam diem sabbatum, seruata Aegyptiorum voce. nam inguinis morbum Aegypti vocant sabbatorem. Annon igitur vel deridenda hac nugacitas, vel contra odio habenda talis in scribendo impudentia? Apparet enim quod omnes inguinibus laborauerint, hominum millia centum et decem. At qui si erant caci et claudi et morbidi, quales fuissent Apion ait, ne unius quidem diei iter progreedi potuissent: si autem poterant per magnam solitudinem proficisci, pratereaque sibi obstantes vincere populariter repugnando, nequaquam uniuersi post sextam diem inguinum morbo correpti fuissent. Neque enim naturaliter tale quippiam euenire iter agentibus necesse est, sed plurimorum millium exercitus definita semper itinera peragunt: neque timere ita accidisse verisimile videtur. est enim omnino absurdum. At vero mirificus hic Apion sex quidem diebus eos peruenisse in Iudeam prædixit: rursus autem Mosen consenso monte, qui Aegyptum inter et Arabiam situs est, nomine Sinae, quadraginta diebus delitus esse dicit, indeque descendenter Iudeis leges dedisse. at qui quomodo possibile est, eosdem et quadraginta dies in deserto ac in aquoso loco manere, et quod in medio spatium est, id totum sex diebus pertransire? Sabbati vero appellationis grammatica ratio, quam ad fert, multum impudentiam pra se fert, vel certè magnam imperitiam. Nam haec voces Sabbo et Sabbathum, inter se maximè differunt. Sabbathum enim secundum Iudaos quies est ab omni opere. Sabbo vero, ut ille affirmat, Aegyptius inguinum morbum significat. Tales quasdam de Mose et Iudaorum ex Aegypto profectione Aegyptius Apion nouitates finxit, preter aliorum commentus autoritatem. Et quid mirum si de nostris mentitur patribus? quandoquidem de se ipso contra mentitus est: et natus in Oasi Aegypti, primas iste Aegyptiorum

Hirami & Salomonis  
amicitia, de qua su-  
pra lib. i. contra Apio-  
num in principio.

Inguinis morbum  
Aegypti sabbatum  
vocant.

Depulsio figmenti  
Apionis de sex die-  
bus itinere.

ptiorum existimatus, veram quidem patriā & genus suum abiurauit: *Alexan-*  
Apion verā patriam  
& genus suū abiu-  
rat.  
 drinū autem sementius, confirmat generis sui prauitatem. Merito igitur quos  
 odit & conuictus insectatur, eos Agyptios appellat. nisi enim peſsimos esse existi-  
 maret Agyptios, semet ex eorum genere haud eximeret: quandoquidem qui se  
 de celebritate patria iactant, honorificū quidem ducunt ab ea denominari, coar-  
 guunt vero eos, qui preter ius in eandem sese ingerere conantur. Erga nos autem  
 alterutro modo affecti sunt Agyptij: aut enim ceu gloriabundi cognatos se simu-  
 lant, aut participes nos infamia sua cooptant. At preclarus iste Apion videtur  
 contumeliosam nostrū insectationem, quasi mercedem voluisse reddere Alexandrinis,  
 pro data sibi ciuitate: sciensq; eorū cum habitatoribus Alexandria Iudeis  
 simulatorem, proposuit quidem illis conuicium facere, vna tamen comprehendit  
 reliquos quoq; uniuersos, utrobiq; impudenter mentiens. Videamus igitur, qua-  
 nam sint illa grauia & nō ferenda, de quibus habitatores Alexandria Iudeos ac-  
 cusat. Venientes, inquit, ē Syria, sedes fixerunt ad importuosum mare, undarum  
 vicini assultibus. Ergo si locus opprobriū habet, nō quidem patria sua, sed tamen  
 quam patriā dicit, Alexandria conuiciatur. Illius enim & maritima ora pars  
 est, ut omnes confirmant ad inhabitandū optima: quā si Iudei per vim occupaue-  
 runt, ita ut ne post quidem eixerentur, fortitudinis eorum argumentum est. Ve-  
 rum Alexander eis locum ad incolendum dedit, & parem cum ipsis à Mace-  
 donibus honorem consecuti sunt. Nescio autē quid dicturus fuerit Apion, sic circa  
 Necropolim habitassent, ac nō circa Regiam sedes posuissent, & hodie quoq; eorū  
 tribus appellaretur Macedones. Fgitur si legit epistolas Alexandri Regis, Pto-  
 lemaiq; Lagi ac successorum illius Agypti Regum, & columnam stantem Ale-  
 xandria ac iura continentem qua Caesar magnus Iudeis concessit: hec, inquam,  
 si sciens, contraria scribere ausus est, malus erat: sin autem nihil horum nouit,  
 indoctus. Illud quoq; quod se mirari dicit, quod cum Judaei essent, Alexandrini  
 vocati sunt, similis inscientia est. Omnes etenim qui ad coloniam aliquam deuo-  
 cantur, et si plurimum ab alterutris genere differant, à conditoribus appellatio-  
 nem accipiunt. Et quid opus est de alijs dicere? nostrorū enim ipsorū hi, qui An-  
 tiochiam inhabitant, Antiocheni nominantur. Ius enim ciuium eis dedit condi-  
 tor Seleucus. Similiter & qui in Epheso commorantur, & alia Ionia cum ciui-  
 bus exinde natice eandem appellationem habent, hac præbentibus eis regni succe-  
 soribus. Romanorum vero clementia, cunctis non parvulum donum appellatio-  
 nis sua concessit, non solum viris singulis, sed etiam maximis gentibus in cōmuni.  
 Hispani denique antiqui, & Tyrrheni, & Sabini, Romani vocantur. Si verò  
 hunc modum auferit communis ciuitatis Apion, desinat semetipsum *Alexandri-*  
 num dicere. Natus enim in intima Aegypto, quomodo erit Alexandrinus, iure  
 ciuitatis, sicut ipse in nobis dicit, ablato? cum solis Aegyptijs nunc orbis domini  
 Romani, participari cuiuslibet ciuitatis interdixisse videantur. Hic autem pre-  
 clarus dignates quas ipse impetrare prohibetur adipisci nō valens, calumnia-  
 ri conatur eos qui hac iustissime perceperent. Non enim propter inopiam habi-  
 torum ciuitatis quam studiose adificabat Alexander, nostrorum aliquos ibi  
Alexander.  
 collegit: sed omnes approbans diligenter ex virtute, ac fide dignos inueniens hoc  
 praconium nostris exhibuit, cum gentem nostram studeret non mediocriter  
 honorare. Ast enim Hecataeus, quia propter mansuetudinem atque fidem, quam  
 ei prabueret Judaei, Samariam regionem adiecit, ut eam sine tribus haberent.

1. Ptolemaeus Lagi.

*Similiter quoq; sensit post Alexandru etiā Ptolemaus Lagi de Iudaïs in Alexandria cōmorantibus. Nam Aegyptiaca eis castra cōmisit, arbitratus fide simul eorum & fortitudine conseruanda: & in Cyrene credens se tutissimē regnaturū, & in alijs Libya ciuitatibus, ad ea loca partem Iudaorū habitādi causa direxit.*

2. Ptolemaeus Philadelphus.

*Post hunc autem Ptolemaus, qui Philadelphus est appellatus, non solum si qui fuere captiui apud eos nostrorum, omnes absoluit, sed & pecunias eis sapius condonauit: & (quod maximum est) desiderauit agnoscere nostras leges, & sacra rum scripturarum volumina concipiuit: misitq; rogans destinari viros qui ei interpretarentur legem: & ut hac apprime conscriberentur, diligentiam hanc commisit non quibuscumque viris, sed Demetrium Phalereum, & Andream, & Aristeum, quorum eruditione sui seculi Demetrius facile princeps erat, alij verò habebant custodiam corporis sibi creditam, huic cura praefecit. Non enim leges, & patrum nostrorum philosophiam discere cōcupisceret, si his utentes despiceret & non potius valde miraretur. Apion autem penè omnes in ordine successores eius Macedonum Reges ignorauit habuisse erga nos precipuum familiaritatis affectum. Tertius namq; Ptolemaus, qui vocatur Euergetes,*

3. Ptolemaeus Euergetes.

*fortiter obtinens Syriam uniuersam, non Dijs Aegyptiacis pro victoria solennitates gratificas immolauit: sed veniens ad Hierosolymam, multas hostias si- cut nostri moris est, Deo sacrificauit, dignissimaq; dicauit ornamenta victoria.*

4. Ptolemaeus Philometor.

*Philometor autem Ptolemaus, & eius uxor Cleopatra, omne regnū commisere Iudaïs: & duces totius fuere militia Onias & Dositheus Iuda: quorum nominibus derogat Apion, cum debuisset opera eorum potius mirari, & gratias agere, quoniam liberauere Alexandriam, cuius ciuis videri vult. Nam dum rebellio surrexisset in Cleopatra regno, & periculum pessima perditionis instaret, istorum labore ciuitas intestinis pralijs est crepta. Sed postea, inquit, Onias ad urbem deduxit exercitum paruum, cum esset illic Thermus presens Romanorum legatus: quod (ut ita dicam) rectè atque iustè factum est. Ptolemaus enim, qui cognominatus est Physcon, moriente suo patre Ptolemaeo Philometore, egressus est de Cyrene, volens Reginam Cleopatram expellere, & filios Regis, ut ipse regnum iniustè sibimet applicaret: propter hac ergo Onias aduersus eum bellum pro Cleopatra suscepit: & fidem quam habuit circa Reges, nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem Deus iustitia eius manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolemaus cum aduersum exercitum quidem Onias pugnare præsumeret, omnes verò Iudeos in ciuitate positos cum filijs & uxoris capiens, nudos atque vinclatos elephantis subiecisset, ut ab eis concubati deficerent, & ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium qua preparauerat, eueneret. Elephanti enim relinquentes sibi appositos Iudeos, impetu facto super amicos eius, multos ex ipsis interemere. Et post hac Ptolemaus quidem aspectum terribilem contemplatus est, prohibentem se ut illis noceret hominibus. Concubina verò sua charissima, quam alij quidem Ithacam, alij verò Hirenem denominant, supplicante ne tantam impietatem perageret, & concessit, & ex his qua egerat vel acturus erat, pœnitentiam egit. Vnde rectè hanc diem Iudaï Alexandria constituti, eo quod aperte à Deo salutem promovere, celebrare noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter bellum aduersus Physconem gestum, Iudeos accusare præsumpsit, cum eos laudare debuerit. Is autem etiam ultima Cleopatra Regina Alexandrino-*

5. Ptolemaeus Physcon in Iudeos gra-  
fari desinit.

*rum*

rum meminit, veluti nobis improperans, quoniam circa nos fuit ingratia: *ε*g nō potius illam redarguere studuit, cui nihil omnino iniustitia *ε*g malorum operum defuit: vel circa generis necessarios, vel circa maritos suos, qui etiam dilexerint eam, vel in communi contra Romanos omnes, *ε*g benefactores suos imperatores: qua etiam sororem Arsinoen occidit in templo, nihil sibi nocentem. Permit autem *ε*g fratrem insidijs paternosq; Deos, *ε*g sepultra progenitorum depopulata est. Percipiensq; regnum à primo Cæsare, eius filio *ε*g successori, rebellare præsumpsit. Antoniumq; corrumpens amatorijs rebus, *ε*g patria inimicum fecit, *ε*g infidelem circa suos amicos instituit, alios quidem genere regali spolians, alios autem demens ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet amplius dici, cum illum ipsum in nauali certamine relinquens, id est, maritum *ε*g parentem communium filiorum, tradere cum exercitu principatum, *ε*g se sequi coegerit? Nouissimè verò Alexandria à Cæsare capta, ad hoc usq; perducta est, ut saltem hinc sperare se iudicaret, si posset ipsa manu sua Iudeos perimere: eo quod circa omnes crudelis *ε*g infidelis extaret. Putásne gloriandum nobis non esse, si quemadmodū dicit Apion, famis tempore Iudeis triticum non est mensa? Sed illa quidem pœnam subiit cōpetentem. Nos autem maximo Cæsare utimur teste auxilijs, atque fidei quam circa eum contra Aegyptios gesimus: necnon *ε*g senatus eiusq; consultis, *ε*g epistolis Caesaris Augusti, quibus nostra merita comprobātur. Has literas Apionem oportebat inspicere, *ε*g secundum genera examinare testimonia sub Alexandro facta, *ε*g omnibus Ptolemais, *ε*g qua à senatu constituta sunt, necnon *ε*g maximis Romanis imperatoribus. Si vero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria cōmorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuria frumentorum, non accusatio Iudeorū. Quid enim sentiant omnes imperatores de Iudeis in Alexandria cōmorantibus, palam est. nam administratio tritici nihilo magis ab eis, quam ab alijs Alexandrinis transferta est. Maximam verò eis fidem olim à Regibus datam conseruauere, id est, fluminis custodiam, totiusq; custodia, nequaquam his rebus indignos esse iudicantes. Sed super hoc: quomodo ergo, inquit, si sunt ciues, eosdem Deos, quos Alexandini, non colunt? Cui respondeo. Quomodo etiam cum vos sitis Aegyptij, inter alterutros prælio magno *ε*g sine fædere de religione contenditis? aut certè propter ea non vos omnes dicimus Aegyptios, *ε*g neq; cōmuniter homines, quoniam bestias aduersantes natura colitis, multa diligentia nutrientes? cum genus utiq; nostrorum unum atque idem esse videatur. Si autem in vobis Aegyptijs tanta differentia opinionum sunt, quid miraris super his, qui aliunde in Alexandria aduenerunt, si legibus à principio constitutis, circa talia permanere? Is autem seditionis causas nobis apponit: qui si cum veritate ob hoc accusat Iudeos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpare possit, eo quod noscamur habere concordiam? Porro etiam seditionis autores, quilibet inueniet Apionis similes Alexandrinorum fuisse ciues. Donec enim Graci fuere *ε*g Macedones hanc ciuitatem habentes, nullam seditionem aduersus nos gesserent, sed antiquis cessere solennitatibus. Cum verò multitudo Aegyptiorum crevisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum vero genus permanit purum. Ipsi igitur molestia huius fuere principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam Graciam: sed cunctis scilicet utentib. malis moribus Aegyptiorum,

*De Cleopatra ultima  
Alexandrinorū Regi-  
na, eiusq; sceleribus.*

*Antonius Cleopatra  
maritus.*

*Iudei fidem eis olim  
à Regibus datam co-  
seruauere.*

*Aegyptij bestias na-  
ture repugnantes co-  
lunt.*

*Discordia Iudeorū  
& ciuium Alexandri-  
norū in religione.*

*Seditionis Alexan-  
driæ causa.*

*Depulsio argumenti  
Apionis, Iudeos se-  
ditionis Alexandriæ  
causam extitisse.*

*ε*g an-

*E*s antiquas inimicitias aduersum nos exercentibus. E diuerso namqz factum est quod nobis improperare prasumunt. nam cum plurimi eorum non opportune ius eius ciuitatis obtineant, peregrinos vocant eos qui hoc priuilegium ad omnes impetrasse noscuntur. Nam Agyptijs neque Regum quisquam videtur ius ciuitatis fuisse largitus: neque nunc quilibet imperatorum. Nos autem Alexander quidem introduxit, Reges autem auxere, Romani verò semper custodi re dignati sunt. Itaque derogare nobis Apion voluit, quia imperatorum non statuamus imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut defensione Apionis indigentibus: cum potius debuerit admirari magnanimitatem modestiamqz Romanorum, quoniam subiectos non cogunt patria iura transcendere: sed suscipiūt honores, sicut dare offerentes pium acque legitimum est. Non enim honoribus gratiam habent, qui ex necessitate e*g* violentia conferuntur. Gracis itaque alijs quibusdam, bonum esse creditur imagines instituere. Denique e*g* patrum e*g* uxorum filiorumqz, figuræ depingentes exultant, quidam verò etiam nihil si bi competentium sumunt imagines. alijs vero e*g* seruos diligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirum est, si etiam principibus ac dominis hunc honorem probare videantur? Porro autem legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiam non honorandam, sed tanquam causam neque Deo neque hominibus utilem despiciens, e*g* quoniam totius animati, multo magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit imagines fabricare. alijs autem honoribus post Deum colendos non prohibuit viros bonos, quibus nos e*g* imperatores e*g* populum Ro-

Iudei prorsus nullas imagines ferunt.

Romanorum erga Iudeos magnanimitas.

Quomodo Imperatores & magistratus colendi.

Mendacij à Posidonio Et Apollonio in Iudeos confitit reiectio.

Responso ad obiectionem de asini capite.

dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia: e*g* non solum quotidiani diebus ex impensa communi omnium Iudaorum talia celebramus: verum cum nullas alias hostias ex communi, neque profilijs peragamus, solum imperatoribus hunc honorum principum pariter exhibemus, quem hominum nulli persoluiimus. Hac itaque communiter satisfactio posita sit aduersus Apionem pro his quade Alexandria dicta sunt. Admiror autem etiam eos, qui ei huiusmodi somitem prebuere, id est, Posidonium e*g* Apollonium Colonia: quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem Deos cum alijs non colimus: mentientes autem pariter, e*g* de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere: cum sit valde turpisimum liberis, qualibet rationementiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion prasumpsit edicere, asini caput collocasse Iudeos, e*g* eum colere, ac dignum facere tanta religione: e*g* hoc affirmat fuisse de palatum, dum Antiochus Epiphanes e*g* expoliasset templum, e*g* illud caput inuenisset ex auro compositum multis pecunijs dignum. Ad hoc igitur primum quidem respondeo, quoniam Agyptius vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare, cum non sit deterior asinus furonibus e*g* hircis e*g* alijs, qui sunt apud eos Dj. Deinde quomodo non intellectus, operibus increpatu*s* de incredibili suo mendacio. Legibus namque semper utimur iudicem, in quibus sine fine consistimus. Et cum varijs casus nostram ciuitatem, sicut etiam aliorum vexauerint, e*g* Theos ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, e*g* ad nouissimum Titus Caesar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil huiusmodi illic inuenere: sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia verò Antiochus neque iustam fecit templi degradationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, cum non esset hostis, e*g* socios insuper nos suos

suos et amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic inuenit, multi et digni conscriptores super hoc quoque testantur: Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, et Castor chronographus, et Apollodorus: qui omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum transgressum fædera Iudaorum, et spoliasse templum auro argentoque plenum. Hac igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, et impudenter canis, qui ad ipsos afolet coli: neque enim extrinsecus alia ratiocinatio- ne mentitus est. Nos itaque asini neque honorem neque potestatem aliquam damus, sicut Aegyptij crocodilis et aspidibus: quando eos qui ab ipsis morden- tur, et a crocodilis rapiuntur, felices et Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibi meti imposita sustinentes. Et si ad areas accedentes comedant, aut proposita non adimpleant, multas val- de plagas accipiunt, quippe operibus et ad agriculturam rebus necessariis mini- strantes. sed aut omnium rudissimus fuit Apion ad componendum verba falla- cia, aut certè ex rebus initia sumens, hac implere non valuit, quando nulla po- test contra nos blasphemia prouenire. Alteram verò fabulam, derogatione no- stra plenam, de Gracis apposuit: de quo hoc dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui presumunt, oportet eos non ignorare minus esse immundum per tem- pla transire, quam sacerdotibus scelestis verba confingere. Isti verò magis stu- duere defendere sacrilegum Regem, quam iusta et veracia de nostris et de tem- ple conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari et perfidiam ac sacrilegium eius tegere, quo circa gentem nostram est usus propter egestatem pecuniarum, de- trahentes nobis etiam quæ in futuris essent, mentiti sunt. Prophetæ verò aliorum factus est Apion, et dixit Antiochum in templo inuenisse lectum, et hominem in eo iacentem, et appositam ei mensulam maritimis terrenisque volatilium da- pibus plenam, et quod obstupuisset his homo. Illum verò mox adorasse Regis ingressum, tanquam maximam sibi opem prabituri: ac procidentem ad eius ge- nua, extensa dextera poposcisse libertatem: et iubente Rege ut consideret, et di- ceret quis esset, vel cur ibidem habitaret, vel quæ esset causa ciborum eius, tunc hominem cum gemitu et lacrymis lamentabiliter suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, esse se Gracum: et dum peragraret prouinciam parandi victus cau- sa, correptum se subito ab alienigenis hominibus, atque deductum ad templum, et inclusum illic, et à nullo conspicisti, sed cuncta dapium apparatione saginari. Et primum quidem hac sibi inopinabilia beneficia visa attulisse latitiam: deinde su- spicionem, postea stuporem: postremum consulentem a ministris ad se accedenti- bus audisse legem ineffabilem Iudaorum, pro qua nutritiebatur: et hoc illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Gracum peregrinum, eumque annuo tempore saginare, et deductum ad quandam syluam, occidere quidem eum hominem, eiusque corpus sacrificare secundum suas solenni- tates, et gustare ex eius visceribus, et iuriandum facere in immolatione Graci, ut inimicitias contra Gracos haberent: et tunc in quandam foueam reliqua hominis percuntis abiçere. Deinde refert eum dixisse, paucos iam dies debitos sibi meti superesse, atque rogasse, ut reueritus Gracorum Deos, et supe- rans in suo sanguine insidias Iudaorum, de malis eum circumstantibus liberaret. Huiusmodi ergo fabula non tantum omni tragœdia plenissima est, sed etiā cru-

Asini apud Iudeos  
aliósq; sapientes vi-  
ros qui dicantur.

Historiographi qui-  
dam perfidiam ac fa-  
cilegiū Antiochi te-  
gere conantur.

Iudeos quotānī ho-  
minem Gracum im-  
molare debere.

deli impudentia redundat. Non tamen à sacrilegio priuat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui hac ad illius gratiam cōscripsere. Non enim prasumpfit aliquid tale, ut ad templum accederet sed sic inuenit nō sperans. Fuit ergo voluntatibus inquis impius, et nihilominus sine Deo, quicquid iusit mendacijs superfluitas, quam ex ipsa re cognoscere valde facilimū est. Non enim circa solos Gracos discordia legū esse dignoscitur, sed maximē aduersus Agyptios et plurimos alios. Cuius enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari? ut aduersus solos Gracos renouata coniuratione per effusionem sanguinis ageremus: vel quomodo possibile est, ut ad has hostias omnes Iudei colligerentur, et tantis millibus ad gustandum viscera illa sufficerent, sicut ait Apion? vel cur inuentum hominem quicunq; fuit (non enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam Rex non cum pompa deduxit? dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, et Gracorum amator eximus, assumere vero cōtra Iudaorum odium auxilia magna cunctorum. Sed hac relinquo: insensatos enim, non verbis, sed operibus decet arguere.

*Templi ac porticus descriptio.*

Sciunt igitur omnes, qui videre constructionem templi nostri, qualis fuerit, et intransgressibilem eius purificationis integritatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, et harum singula propriam secundum legem habuere custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus etiam alienigenis: mulieres tantummodo menstruata transire prohibebantur. In secundā verò porticum cuncti Iudei ingrediebantur: eoruq; cōiuges cum essent ab omni pollutione munda. In tertīā, masculi Iudaorū mundi existentes atque purificati. In quartā autem sacerdotes, stolis induiti sacerdotalibus. In adytum verò soli principes sacerdotum, propria stola circumamicti. Tanta verò est circa omnia prouidentia pietatis, ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane etenim aperto templo oportebat facientes traditas hostias introire: et meridie rursus, dum claudetur templum. deniq; ne vas quidem aliquod portari licet in templum, sed erant in eo solummodo posita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, qua omnia et in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neq; mysteriorum aliquorū ineffabilium agitur, neq; intus ulla epulatio administratur. Hac enim qua predicta sunt, habent totius populi testimonium manifestum, rationemq; gestorum. Licet enim sint tribus quatuor sacerdotum, et harū tribuum singula habeant hominū plus quam quinq; millia, fit tamē obseruatio particulariter per dies certos: et his transactis, alijs succedentes ad sacrificia veniunt: et congregati in templum mediante die à precedentib. claves tēpli et ad numerū omnia vas percipiunt, nulla re qua ad cibum aut potum attineat in templum delata. Talia namq; etiam ad altaria offerre prohibitū est, prater illa qua ad sacrificia preparantur. Quidergo Apionem dicimus, nihil horū examinantem, verba incredula protulisse? Sed turpe est, historie veram notitiam si proferre grammaticus non possit. Et sciens templi nostri pietatem, hanc quidem pratermisit. Hominis autem Graci cōprehensionem finxit, et pabulū ineffabile, et ciborū opulentissimā claritatem: et peruios ingredientes, ubi nec nobilissimos Iudaorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Hac ergo pessima est impietas, atque mendacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui noluerunt discutere veritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, qua predicta sunt, nobis detrahere tentauere. Rursumq; tanquam pīssimus

*Quæ in templo posita fuerint.*

*Sacerdotum tribus quatuor, quarum singula plus quam quinque millia hominum habent.*

mis deridet, adiiciens fabula inania facta. Ait enim illum retulisse, dum bellum Iudei contra Idumeos haberent longo quodā tempore, ex aliqua ciuitate Idumaeorum qui in ea Apollinem colebat venisse ad Iudeos, cuius hominis nomen dicitur Zabidus: deinde eis promisso traditurum se eis Apollinem Deum Dorensum: venturumq; illum ad nostrum templum, si omnes ascenderent, & adducerent omnem multitudinem Iudeorum. Zabidum verò fecisse quoddam machinamentum ligneum, & circumposuisse sibi, & in eo tres ordines infixisse lucernarum, & ita ambulasse, ut procul stantibus appareret, quasi stella per terram iter agens. Porro Iudeos inopinabili visione obstupuisse, & longè constitutos tenuisse silentium. Zabidum verò multa quiete ad templum venisse, & aureum detraxisse asini caput (sic enim urbane conscribit) & rursus Doram velociter aduenisse. Igitur & nos dicere possumus, quia asinum, hoc est semet ipsum Apion gravat, & facit stultitias simul & mendacijs oneratum. Loca namq; qua non sunt, conscribit: & ciuitates nesciens transfert. Idumaa enim prouincia nostra confinis est, posita iuxta Gazam, & nulla ciuitas huius Dora nuncupatur.

In Phoenice verò iuxta montem Carmelum Dora ciuitas appellatur, in nullo concordans Apionis oblocutionibus. Quatuor enim dierum itinere procul est à Iudea. Cur itaq; nos rursus accusat, eo quod non habeamus communes cum alijs Deo, si sic facile credidere patres nostri ad se venturum Apollinem, & cum stellis eum ambulare super terram putauere? Lucernam enim prius nunquam videre scilicet, qui tot & tanta concelebrant candelabra. Sed nec aliquis ei ambulanti per prouinciam ex tantis millibus obviauit. Desolatos etiam vicos custodibus comperit, & hoc tempore belli. Cetera iam relinquo. Ianua verò templi

Dora Phoeniciz ciuitas, & non Idumæa.

altitudine quidem erant cubitorum LX, latitudine verò XX, omnes deaurata, & penè auro puro confecta. Has cladebant nō minus quam viri ducenti diebus singulis: & relinquere eas apertas, nefandū nimis erat. facile igitur eas lucernifer ille aperuisse creditur, qui solus etiam habuisse asini caput estimabatur: qua propter dubium est, utrum hoc caput Zabidus denuò reuocauit: an certè sumens

Apion, introduxit in templum, ut Antiochus inueniret, ut secundo Apioni aliquā mentiendi daret occasionem. Mentitur autem & de iuramento, quod iuremus per Deū factorem cali & terra & maris, nulli Iudeos fuituros alienigena, & maxime Gracis. Oportebat autē mentientem absolutē dicere, nulli fuituros alienigena, & magis Aegyptijs: sic etenim ab initio poterant eius figmenta de iure iurando congruere, si ab Aegyptijs utiq; patres nostri nō propter malignitatē suam, sed propter calamitates expulsi sunt. A Gracis autem plus locis quam studijs sumus abiuncti, ita ut nulla inter nos & illos inimicitia & amulationes esse noscatur.

E diuerso namq; multis eoru ad nostras leges contigit accessisse, quorum quidam permanesere, quidam verò perdurare non ferentes, denuò recessere. Hoc tamen iusurandū nunquam se quisquā audisse meminit apud nos habitum, sed solus Apion (ut videtur) audiuit. Ipse namq; id composuit. Magna ergo admiratione eximia Apionis prudentia, vel ob hoc quod mox dicetur, digna est. Hoc

Mendacijs de iuramento depulso.

enim esse affirmat indicium, quia neq; legibus iustis utamur, nec Deum colamus ut conuenit, quod diuersis gentibus seruiamus, & calamitates quasdam circa ciuitatem sustineamus, cum utique principalis ciuitas Romanorum sit, cuius ciues soli ab initio regnare atque non seruire consueverunt. Quis etenim ho-

Apion Iudeis seruitutem exprobrates.

rum magnanimitati valeat obsistere? Nullus etenim aliorum potest dicere sermonem quem Apion locutus est, quando paucis contigit in principatu continuè presidere, & nō rursus alijs facta mutatione seruire. Plurima namq; gentes alijs obedire coacta sunt: soli autem Aegyptij, eo quod refugiant (sicut aiunt) in eorū prouinciam Dīj, atq; saluentur migrantes in effigies bestiarum, honorem præcipuum inuenierunt, ut nulli famularentur horum qui Asiam Europamq; tenuerū: qui scilicet unam diem ex auo totius seculi non habuere libertatem, neq; apud indigenas dominos, neque apud externos. Nam quemadmodum eis usi sint Persæ, non semel solummodo, sed frequenter vastantes urbes, tempora euententes, putatos apud eos interficienes Deos, improperare non studeo. Non enim conuenit stultitiam nos indocti Apionis imitari: qui neque casus Atheniensium, neque Lacedemoniorum animo suo concepit, quorum hos quidem fortissimos, illos religiosissimos, omnes affirmant. Taceo Reges pietate celebres, inter quos Cræsum, quām diuersis vita sunt calamitatibus sauciati. Taceo incensam Atheniensium arcem, templum Ephesinum & Delphicum, aliaq; multa: hic nemo calamitatem passis, sed potius inferentibus intulit improperia. Nonius autem accusator nostrorum Apion inuentus est, malorum suorum apud Aegyptum gestorū prorsus oblitus. Sed Sesostris eum, quem refert fabula Regem fuisse Aegypti, ut creditur, excacauit. Veruntamen possumus & nos dicere nostros Reges Dauid & Solomonem, qui multas subdidere gentes. Sed de his modo supersedendum est: que verò cunctis nota sunt, Apion modis omnibus ignorauit: quoniam Persis, & post illos principibus Asia Macedonibus, Aegyptij quidem seruiere, nihil differentes a famulis. Nos autem liberi consistentes, et iam ciuitatum in circuitu positarum tenuimus principatum, annis viginti & centum, usque ad Pompeium Magnum. Et dum universi Reges sunt expugnati a Romanis, omnium soli propter fidem suam maiores nostri & socij & amici fuere. Sed viros mirabiles non prebuiimus, velut quarundam artium inuentores, & sapientia præcellentes: & inter hos enumerauit Socratem, & Zenonem, & Cleanthem, & alios huiusmodi. Deinde quod potius est mirandum, semet ipsum his adiecit, & beatificat Alexandriam, quia ciuem talem habere meruit, quod rite facit. Oportebat enim ut ipse sui testis existeret, qui alijs omnibus sic importunus & callidus esse videbatur, & vita verboq; corruptus. Quapropter rectè quilibet Alexandria condolebit, si super isto aliquid magnis apuerit. De viris autem qui fuere apud nos titulo nubilo laudis inferiores, sciunt qui voluerint nostra antiquitatis libris incumbere. Reliqua verò quæ in accusatione conscripta sunt, dignum erat forte sine satisfactione relinquere, ut ipse sui potius & aliorum Aegyptiorum accusator extaret. Queritur enim eo quod animalia consueta sacrificemus, & nō vescamur carnibus suis: sed & circuncisionē genitaliū vehementer irridet. De nostrorū quidē animaliū peremptione, communio nobis est cū alijs hominib. universis. Apion aut sacrificantes nos redarguens, indicat semet ipsum genere esse Aegyptium. Non enim Grecus si esset aut Makedo, hoc molestè ferret. Iste enim voulent sacrificare hecatombas suis Dījs, & Sacerdotibus utuntur ad epulas. Quæcumq; sint, non propterea contigit mundum animalibus desolari, quod Apion expauit. Qui tamens solennitates Aegyptiorum sequerentur, mundus desertus quidem esset hominibus

Davidis & Solomoni  
potentia.

Apion scipsum lau-  
dat & magnificat.

Cur Iudei animalia  
consueta sacrificent,  
nec carnibus suis  
vescantur.

hominibus, ferociissimis autem bestijs impleretur: quas isti iudicantes Deos, diligenter enutriunt, quod si quis cum consuleret, quos putaret omnium Ægyptiorum esse sapientes atque Deicolas, sacerdotes sine dubio fateretur. Hec enim duo dicunt sibimet ab initio à Regibus esse praecepta, ut Deos colant, & sapientiam diligent: quod illi facere præcipue iudicantur: qui tamen & circunciduntur omnes, & à porcinis abstinent carnibus. Sed neque ullus alter Ægyptiorum cum eis Dijs sacrificare dignoscitur. Cacus igitur fuit Apion quando pro Ægyptijs nostras detractiones componens, illos videtur potius accusare: qui non solum vtuntur solennitatibus, quas in nobis culpat iste: sed etiam alios circumcidit docet, sicuti dixit Herodotus. Unde rectè mihi videtur Apion, propter patria sua leges pœnas dedisse blasphemia. Etenim necessario circumcisio circa genitalia vulnera ei facta nihil profuerunt, & putrefactis in magnis doloribus expirauit. Oportet enim bene sapientes in legibus proprijs circa pie- Mors Apionis: tatem integrè permanere, & aliorum minimè carpere. Iste verò suas quidem leges effugit, de nostris verò mentitus est. Hic itaque terminus vita fuit Apionis. Sed & noster hic iam finem liber accipiet. Quoniam verò & Apollonius & Colon, & Lysimachus, & alij quidam, tam per ignorantiam quam per insaniam de legislatore nostro Mose, & legibus verba protulere, nec iusta nec vera: dum ille quidem velut Mago atque fallaci derogant, leges autem malicie apud nos nulliusq; virtutis affirmant esse doctrices, volo breuiter & de omni conuersatione nostra, & de particulari ( sicuti potero ) proferre sermonein. Reor enim fore manifestum, quia & ad pietatem & ad conuietum uniuersalemq; humanitatem, insuper ad iustitiam laborumq; toleratiā, & ad contemptum mortis optimas leges positas habeamus. Rogatamen lecturos, ut non cum inuidia exequantur huius operis lectionem. Non enim proposui Laudes conscribere nostrorum: sed aduersus eos, qui nos plurimum & fallaciter accusarunt, satisfactionem hanc puto esse iustissimam. Proinde accusationem Apollonius non continuè, sicut Apion, instituit, sed dispersim. Quippe qui aliquando quidem nos sine Deo & hominibus odiosos appellat, aliquando verò formidinem nobis improperat: & è diuerso, rursus aliquando de audacia gentis nostra queritur. Dicit autem etiam stultiores Barbaris: & propterea nullum inuentum nos solos vita utile reperiisse. Hac autem omniam manifestè redarguuntur, dum uniuersa, contra quam ab eo sunt dicta monstrantur, & legibus imperata, & à nobis cum omni integritate gesta. Si verò coactus fuero facere mentionem legum contrariarū apud alios constitutarum, in culpa illi sunt, qui nostras solennitates tanquam peiores cum aliorum conferunt. Quibus neutrū puto remanere quod dicant: neq; quia nō eas habeamus leges, quarum ego capita & summas ad redargendum positurus sum: neq; quia non præcipue in legibus proprijs perduramus. Paulo ergo altius exorsus, volo primū dicere, quod eis qui sine lege & ordine viuunt, hi qui ordinis & communium legum amatores extiterunt, & primi hoc inchoauerunt, rectè mansuetudine atque virtute præstare dicendi sunt. Denique conantur singuli eorum gesta sua ad antiquitatem referre, ut non imitatores aliorum videantur existere, sed ipsi potius alijs legitime viuendi duces fuisse. His igitur hunc in modum se habentibus, virtus legislatoris est meliora considerare: & his qui usuri sunt legibus, quas potuerit,

Aegyptiorum sacerdotes circumciduntur, & à porcinis carnis abstinent,

Mors Apionis:

Mosis contra Apollo-  
nium & Lysimachum  
defensio.

In quibus Apolloni-  
us ludos accusat.

Ordinis & commu-  
nium legum amato-  
res mansuetudine  
atq; virtute praes-  
stant.

satisfacere, quia recta sunt. Populi vero est, ut in omnibus qua constituta sunt, perduret: et neque felicitate procedente, neque calamitatibus aliquid horum immutet. Dico igitur nostrum legislatorem, quo libet qui memorantur legislatores antiquitate precedere. Lycurgus enim et Solon, et Zaleucus Locrensis, et omnes qui apud Gracos mirabiles sunt, nouelli atque recentes, quantum ad illum comparati, esse noscuntur: quando nec ipsum nomen legis fuisse olim apud

Moses quo libet legislatores antiquitate precedit.

Nemos, Lex, hoc vocabulum nusquam apud Homerum reperitur.

Mosis vita.

Gracos agnoscitur. Testis Homerus est, qui nusquam in opere suo hoc usus est nomine. Non enim secundum legem, sed indifferitis sententias, et Regum præceptionibus, populus regebatur. Unde etiam multo tempore permanere, tantum moribus utentes, et non scripto, et multa horum semper secundum euentum casuum permittentes. Noster vero legislator antiquus existens (hoc etenim undique manifestum est, etiam apud eos clarum, qui semper contra nos loquuntur) et semetipsum prabuit optimum principem populorum consultoremque, et instructionem totius legis vita constringens, eis suasit hanc libenter excipere, et firmissime inclita scientia custodire. Primum autem eius magnitudinis opera videamus. Ille namque progenitorum nostrorum relinquendum Aegyptum, et ad terram propriam remeantum, multa milia sumens, ex plurimis et impossibilibus rebus cautissime liberavit: nam et in aquosam eos et multum arenosam oportebat transire viam, bellaque deuincere: et filios ac uxores, prædamque bello seruare: in quibus dux egregius et consiliarius sapientissimus, et tutor veracissimus fuit uniuersorum. Omnem siquidem multitudinem a semetipso pendere fecit, et cum omnia que vellet persuadere posset, in nullo horum vindicavit sibi potestatem: sed in quo maxime tempore potestatem sibi met arrogant et tyrannidem præfules rerum, et populum frequenter plurima iniuritate vivere consueciunt; in hac ille potentia constitutus, è diuerso magis iudicauit agendum pie, et plurimam exhibere alijs equitatem, ipse virtutem præcipuam se credens cunctis ostendere, et salutem firmissimam præbere sequacibus bona voluntate. Et maximis actibus in singulis casibus usus est. Quapropter recte iudicabat, diuine atque consultorem se Deum habere: et primitus sibi met sati faciens, quia secundum illius voluntatem uniuersa gereret atque tractaret, credidit modis omnibus oportere, ut etiam apud plebem hac opinio permaneret. Nam qui Deum respicere suam vitam credunt, delinquere non presumunt. Huiusmodi quidem noster legislator fuit, non Magus, non fallax, sicut dero-

Moses ducem atque consultorem Deum habet.

Origo Legum apud Gracos.

gatores iniuste pronunciant: sed quales apud Gracos gloriantur fuisse Minoem et posteum legislatores alios. Namque quida eorum leges positas à Ioue dicebant: alij vero eas in Apollinem et vaticinum Delphicum referebant, siue pro veritate hoc credentes, seu facile persuadendum iudicantes populo. Qui vero præcipuas leges instituerint, vel qui iustissime de Dei fide cognoverint, licet hoc ex ipsis legibus facta comparatione conspicere. Nam enim de ipsis tempus est disputandi.igitur infinite quidem particulatim gentium atque legum apud cunctos homines differentiae sunt. Alij siquidem monarchis, alijs vero populum potestatem Republica commisere. Noster vero legislator nihil horum intendens, veluti si quis hoc dicendo mensuram transcendat verbi, diuinam Rempub. declarauit: Deo principaliter conuersationem nostram atque potestatem excellenter assignans, et satisfaciens eum cunctos inspicere, tanquam causam bonorum omnium universis

uersis hominibus existentem: Et quacunq; contingit eos in angustijs supplicasse, illius non latuisse voluntatem, neque quicquam eorum qua gessere, vel si quid aliquis apud semet ipsum potuit cogitare. Unum vero eum esse monstrauit, Et ingenitum, immutabilem per tempus, aeternum, Et omni specie mortali pulchritudine differentem, Et ipsum nobis notum: qualis autem sit secundum substantiam, prorsus ignotum. Hec itaque de Deo sapuerunt prudentissimi Gracorum: qui quidem quod eruditisi sint, illo utique sciendi prabente principia, nunc dicere pratermitto: quod autem hac optima Et congrua Dei natura atque magnificentia sint, valde testantur. Pythagoras enim, Et Anaxagoras, Et Plato, Et post illos philosophi Stoici, Et penè cuncti, videntur de diuina sapuisse natura. Sed hi quidem ad breue philosophantes, populo superstitionum opinionibus iam praoccupato veritatem dogmatis proferre timuere. Noster vero legislator opera prabens consona verbis suis, non solum his qui cum eo erant satisfecit, sed etiam qui ex illis semper erant nascituri, hoc immutabiliter inspirauit, Et causam legislationis ad utilitatis modum semper adduxit. Non enim partem virtutis Dei culturam dixit, sed huius partes alias esse perspexit atque constituit: hoc est fortitudinem, iustitiam, Et mutuam in omnibus ciuium concordiam. Cuncta namque actiones Et studia, uniuersiq; sermones, ad diuinam referuntur per omnia pietatem. Non enim hoc inexaminatum aut infinitum ulterius dereliquit. Duo siquidem sunt totius disciplina Et moralis institutionis modi, quorum unus quidem sermone doctor est, alter vero exercitatione morum: que cum ita sint, alij quidem legislatores sentiendo sunt discreti, Et alterum horum modum sibi placitum assumentes, alterum reliquerunt. Sicuti Lacedemonij quidem Et Cretenses moribus erubebantur, non verbis: Athenienses vero, Et penè omnes alij Graci, qua quidem oportet agi precipiebant suis legibus: affuescere vero ad hac operibus, minime valuere. Noster autem legislator haec ambo multa diligentia coaptavit. Nam nec exercitationes morum omisit non traditas, neque leges sermone reliquit incomptas. Sed mox à primo inchoans cibo, Et unicuique dieta conueniente, nihil neque minimarum escarum sub potestate voluntatis utentium dereliquit. Sed Et de cibis quibus conuenit abstineri, Et qui sumendi sunt, vel que dieta communis esse videatur, necnon Et de operibus labore simul Et requies terminum atque regulam posuit legem: quatenus veluti sub patre atque domino viuentes, neque volentes quicquam neque per ignorantiam delinquamus. Non enim ignorantibus paenam posuit, sed optimam Et necessariam correptionem monstrauit legem. Quapropter non semel audire, nec secundo vel sapienter, sed in unaquaque septimana, alia operare relinquentes, ad legis auditionem congregari precepit uniuersos, eamq; perfectè condiscere, quod scilicet omnes legislatores reliquise noscuntur. Et in tantum plurimi hominum absunt, ut secundum proprias leges viuant, ut penè eas ignorent. Et cum peccauerint, tunc agnoscunt ab alijs, quam legem probantur esse pruaricati. Sed etiam viri maximacum gloria Et principalia gubernantes, profitentur ignorationem. Doctos namque sibi faciunt assidere ad dispensationem rerum, Et peritiam legum habentes. Nostrorum vero quemlibet si quis leges interroget, facilius quam non men suum recitat. Uniuersas quidem mox à primo sensu eas discentes, in animo

Quid Græcorum prudenterissimi de Deo sapuerunt.

Mosis & aliorum legislatorum comparatio.

Duo totius disciplina & moralis institutionis modi.

Moses uniuersos Iudeos ad legis auditio nem congregari precepit.

velut

velut inscriptas habemus. Et rarius quidem quilibet transgreditur: impossibile autem est supplicium deuitare peccantem. Hoc itaq; primum omnium mirabilem consonantiam nobis instituit. nam unam quidem habere & eandem de Deo selectam, vita vero ac moribus differre nihil ab inuicem, optimam moribus hominum potest celebrare concordiam. Apud nos etenim solos, neque de Deo quilibet sermones audiet alterutris aduersarios, sicut multa similia apud illos fieri comprobantur: cum non solum a vulgaribus quod visum fuerit unicuique profertur, sed etiam apud quosdam philosophorum hoc crebro presumitur: quando alij quidem totam Dei naturam sermonibus perimerent auere, alij vero eius prouidentiam ab hominibus abstulere: neque in studijs vita differentia illa conspicitur, sed communia quidem opera omnium apud nos existunt: unus vero de Deo sermo concors est, afferens illum cuncta respicere. Sed etiam de ipsis vita studijs, & quoniam oportet omnia alia ad terminum diuina pietatis adduci, a mulieribus nostris & a seruis quilibet audient. Pro qua re illatas nobis calumnias a quibusdam, cur no[n] exhibeamus viros inuentores nouorum operum seu verborum, contigit oriri. Alij siquidem in nulla re paterna perdurare optimum esse putant, & precipue transgressoribus sapientia robur assignant. Nos autem ediuerso, unam esse prudentiam atque virtutem existimamus, nihil penitus vel facere vel cogitare contrarium his que antiquitus sancta noscuntur: quod scilicet indicium legis est optimo fædere constituta. nam ea quæ nunc non habent modum, experimento sa[ecula] corrupta redarguuntur. Apud nos autem, qui credimus ab initio positam legem diuina voluntate, nihil aliud prius est, quam hanc sub integritate reseruare. Quis etenim eius quicquam mouere potest, aut quid melius adiuuenit? vel quis ab alijs tanquam præcellentius ad statum Respub. nostræ aliquid transferre potest? aut quæ poterit esse melior atque iustior, quam ea quæ Deum quidem principem omnium esse confirmat: sacerdotibus autem in communi quidem res præcipuas dispensare permittit: summo vero Pontifici aliorum sacerdotum Principatum competenter iniungit: quos utique non diuinitys, neq; alijs quibusdam spontaneis auiditatibus præcellentes legislator ad culmen huius honoris instituit. Sed quicunque sapientia vel temperantia alijs praefare noscuntur, eis præcipue culturam diuina placationis iniunxit. Apud hos igitur, & legis & aliorum studiorum integra diligentia custoditur. Contemplatores etenim omnium, atque iudices contemptionum, & puntores culpabilium sacerdotum esse decreti sunt. Quis ergo principatus, quod regnum erit hoc sanctius, vel qui honor Deo potius cooptabitur, cum omnis quidem populus sit preparatus ad pietatem, summa vero diligentia sacerdotibus sit indicta, & velut quedam festinitas gubernetur uniuersa Respub? Cum enim mysteria sua numero paucorum dierum alienigena custodire nequeant, ea videlicet sacrificia nominantes, noscum multa delectatione, & incommutabili voluntate solennitatis opus per omne seruamus auum. Quæ igitur sunt præcepta vel interdicta simplicia, siue nota dicamus. Primum quidem de Deo est, dicens: Deus habet omnia, perfectus, beatissimus, ipse sibi cunctisq; sufficiens, principium & medium & terminus: inter omnia operibus quidem & muneribus clarus, & omnire manifestior: forma vero & magnitudine nobis inenarrabilis. Omnis nanque materies comparata ad huius imaginem, licet sit preciosa, tamen pro nullo est: cunctaq;

Consonantia Iudeorum in religione & vita.

Qui homines ad sacerdotium electi.

De Deo & Prudentia diuina.

cunctaq; ars ad illius imitationis inuentum, extra artem esse cognoscitur: nihil simile neq; videmus neq; possumus suspicari, neq; coniūcere. Sanctus est: videmus eius opera, lumen, cœlum, terram, solem, lunam, flumina, mare, animalium nationes, prouentus fructuum: hac Deus fecit, non manibus, neque laboribus, neque quibusdam indiguit sibi cooperantibus: sed ipso vidente bona repente facta sunt. Hunc homines conuenit uniuersos sequi, cumq; placare exercitatione virtutis. Modus enim diuina placationis iste sanctissimus est. Unum templum unius Dei, commune omnium communis Dei cunctorum. Gratum namque semper est omne quod simile est. Hunc placant quidem sacerdotes semper praeedit verò istos primus secundum genus: qui ante alios sacerdotes sacrificabit. Deo custodiet leges, de dubijs iudicabit, & puniet lege conuictos. Huic quisquis non obedit, supplicio subiacebit, tanquam qui in ipsum Deum impie gesserit. Hostias immolat, non ad crapulam nostram vel ebrietatem attinentes. bac enim non placent Deo: qua res occasio potius iniuriarum simul & expensarum est. Deus enim temperatos, ordinatosq;, & boni generis diligit: & ut precipue sacrificantes castè viuamus. In sacrificijs autem pro communi salute primum oportet orare, deinde singulos pro semetipsis, quoniam omnes socij sumus. Et qui hoc consortium sua vita proponit, maxime Deo gratus est. Supplicatio verò fit ad Deum votis ac precibus, non ut bona praestet: hac enim ipse sponte contulit uniuersis, & in medio depositus: sed ut hac suscipere valeamus, suscipientesq; seruemus. Purificationes quoque in sacrificijs lex decreuit, à cuius à lecto, à congressu uxorio, & alia multa, que conscribere longissimum est. Huiusmodi ergo de Deo, & eius placatione sermo est, ipse autem simul etiam lex est. Quid autem de nuptijs? Solam nouit lex permixtionem naturalem de nuptijs. cum coniuge, si tamen filiorum causa procreandorum agatur. Masculorum verò cum masculis iudicavit inimicas: & tentantes talia morte decreuit dignos. Nubere verò iubet, non respicientes ad dotem, neque violenter appere, sed neque dolo vel fallacia suadere. Dispensationem verò potius fieri per eum, cuius noscitur esse potestatis, & per cogitationem opportunam. Mulier autem inferior, inquit, est viro per omnia. Obedit igitur non ad iniuriam, sed ut sit sub regimine constituta. Deus enim viro potestatem dedit. Cum hac ergo coire decet maritum solummodo. alterius vero experientiam habere nequissimum. Si quis autem hoc egerit, declinatio nulla mortis: neque si fecerit vim virginis alteri desponsata: neque si suaserit nupta, aut filios nuntienti. que omnia lex pracepit. uniuersis autem mulieribus interdixit, vel celerare quod natum est, vel alia machinatione corrumpere filios. Infanticida enim esset animas demoliens, & genus imminuens. Figitur si quis ad concubatum, corruptionemq; transferit, immundus est. Oportet autem etiam post legalem commixtionem viri, mulieres lauari. Hoc enim partem anima polluere iudicavit: inflata namque corporibus vulneratur. Dumq; hoc fit, aquam propter purificationis causam talibus imperauit. Sed neq; in filiorum nativitatibus concessit epulations aggregari, & fieri occasiones ebrietatis: sed temperatum esse repente principium. Fuisseq; literis erudiri propter leges, & nosse progenitorum actiones, ut actus imitentur: & cum legibus educati, neque transgrediantur, neque cogitationem ignorationis habere iudicentur. Prospexit autem etiam

Tytyy funeribus

Hostiae veteris testamenti.

Purificationis in sacrificijs.

Peccata vim inferentis virginis.

Purificationis corporum.

De funeribus mortuorum.

*funeribus mortuorum, ut neque sumptuosa ad sepeliendum celebrentur exequiae, neque insignium fabrica sepulcrorum. sed necessaria quidem circa elationem funeris imperavit domesticos adimplere: omnibus autem viuentibus legitimum esse constituit, ut aliquo moriente & concurrant, & gemitus lamentationis effundant. Purificari autem iubet etiam domesticos funere celebrato: ut longe procul sint, quasi videantur mundi esse. Cum autem aliquis fecerit homicidium vel sponte vel inuitus, ne horum quidem pœnam tacuit. Parentum honorem post Deum esse constituit: & qui non repensat eorum gratia, sed in qualibet parte contristat, pracepit esse lapidandum. Fubet etiam senioribus honorem iuuenes exhibere, quoniam cunctis senior Deus est. Nihil permittitcelandum apud amicos: non enim amicitia sunt apud Deum, cui omnia non creduntur. & licet aliqua inimicitia proveniant, proditamen arcana prohibuit. Si quis autem arbiter munus acceperit, morte mulctatur, despiciens quod iustum est, & auxilium reis offerens. Quod quisquam non posuit non auferat, & aliena non tangat. mutuans non accipiat usurpas. Hac, & his multa similia, communionem continent nostrorum inter alterutros. Quomodo autem etiam de domestica cura circa alienigenas habenda docuerit legislator, referri dignum est. videbitur enim omnibus optimè prospexisse cum, illo ita sentiente, neque propria corrumpamus, neque participari rebus nostris volentibus inuideamus. Qui cunque enim volunt sub nostra conuersari lege, accedentes ad eam cum munificencia suscipit, non genere solummodo, sed etiam voluntate vita putans esse consortium. Eos autem qui obiter adueniunt, miseri solennitatibus noluit, aliata men exhibenda constituit. Idem omnibus prabendum, ignem, aquam, cibum: iter ostendere, non spernere aliquem insepultum. & citissime etiam circa hostes que sunt agenda sanciuit, ut neque terra eorum exuratur, neque arbores fertiles incidentur. Sed etiam spoliari eos qui in bello cecidere, interdixit: & captiuis prospexit, quatenus eorum amoueatur iniuria, & maximè fæminarum. Sic autem eximie nos mansuetudinem atque clementiam studuit edocere, ut etiam de animalibus irrationalibus non taceret: sed horum tantummodo utilitatem legitimam concedens, ab omni nos alia causa prohibuit. Quacunque enim veluti domestica oriuntur in edibus, hac interdixit occidi: sed neque parentes denique præcipit una cum pullis auferri. Et licet hostilia sint animalia laborum socia, eis tamen parendum esse sanciuit. Sic undique ea que ad mansuetudinem pertinent obseruauit: doctrinalibus quidem, sicuti predictum est, legibus utens, & alias rursus contra transgressores causa punitionis sine excusatione defigens. Culcta namque in plurimis causis transgredientium, mors est.*

Repetitio præceptorum legis.

Premium obedientium legi.

*Si adulterium commiserit aliquis, si vim puella fecerit: si masculi turpe tentamentum præsumpscerit, aut patiatur sustinere tentatus. Similiter autem est lex ineuitabilis & in seruis, sed etiam de mensuris, vel si quis de ponderibus dolum fuerit operatus, & de iniusta venditione: ac fraude si quis vel detraxerit alienam rem, aut quod non posuit abstulerit, cohendi hi sunt vindicta, non quali apud alios, sed valde maiori de iniuria vero parentum, vel impietate que sit in in Deum, si vel tentet hoc aliquis, mox peribit. At his qui secundum legem uniuersa faciunt, premium tribuitur non aurum, non argentum, neq; corona lapidis distincta: sed unusquisque testem habens conscientiam suam, valde proficit, legislatore prophetante,*

& Deo

Honor parentum:

Contra furtum & usurpas.

Circa hostes quomodo agendum.

Deo fidem condonante firmissimam his qui seruant leges: et licet pro his mori contingat, concurrunt tamen alacres ad occasum, sperantes fore ut vita melior ex mutatione conferatur. Pigeret itaque nunc hoc me conscribere, nisi opera essent omnibus manifesta: quoniam sapenumero multi nostrorum progenitorum, ne vel sermonem solummodo extra legem proferrent, omnia passi sunt viriliter sustinere. Quin et si ignota gens nostra omnibus hominibus esset, nec palam esset voluntaria nostra legum obseruatio, si Gracis aut legisse se in historijs aliquis narraret, aut in orbe incognito reperisse, homines talem tamq; honestam de Deo opinionem habentes, atque in talibus legibus multis seculis constanter permanentes, omnes reor demiraturos, propter continuas que apud ipsos sunt mutationes. Denique eos qui conscribere proxime de Repub. et legibus tentauere, tanquam de incredibilibus compositionibus quidam frequenter accusant, dicentes, quoniam impossibilia sumpserint argumenta. Et alios qui dem taceo philosophos, quicunque huiusmodi negotium in suis conscriptionibus babuere. Plato autem mirabilis apud Gracos, tanquam et honestate vite praecedens, et virtute sermonum et persuasione philosophia cunctos excellens, ab his qui sibi videntur praestantes, in rebus ciuilibus, perpetuo penè illudetur. cauilliq; comicis traducitur. cum utique qui illius verba considerauerit, frequenter et facile reperiat, qua etiam consuetudini plurimorum proxima esse voscuntur. Ipse siquidem Plato confessus est, quia veram de Deo opinionem propter ignorantiam plebis proferre securum non est. Sed Platonis quidem verba vana esse putant, et multa licentia composita atque conscripta: maximè vero legislationem Lycurgi mirantur, et Spartam cuncti concelebrant, quoniam in illius legibus plurimo tempore perduravit. Ergo hoc manifestum virtutis indicium est, in legibus permanere. Si vero Lacedamonios admirantur, illorum tempus conferant, cum amplius duobus milibus annorum nostra Reipub. et super hac sciant, quoniam Lacedemonij quidem omni tempore quo habuere libertatem, perfectè visi sunt custodisse leges: cum vero circa eos facta sunt fortunae mutationes, penè cunctarum legum oblii sunt. Nos autem multis casibus euolutis propter Regum Asia mutationes, neque in nouissima mala venientes à legibus sumus alienati: non vacationis, nec epulationis causa seruantes eas: quando si quis considerare voluerit multo ampliori testimonio maiores excubias et labores nobis quam Lacedemoniis videbit impositos. Illi siquidem neque operantes terram, neque circa opicia exercituum habentes, sed ab omni operatione remissiores, pingues, et corpore pulchri in ciuitate degebant, alijs ministris in omnibus vita necessarijs rebus utentes et cibum paratum ab illis accipientes, solum opus bonum atque aquum iudicantes, quiduis facere, et pati quatenus proualerent aduersus omnes, contra quos bella susciperent: quod autem ne hoc quidem adipisci potuerunt, omitto dicere. Non enim singuli solummodo, sed multi frequenter eorum subito legis praecepta negligentes, semetipsos cum armis hostibus tradidere. Putasne et apud nos, non dico tanti, sed duo vel tres agniti sunt proditores effecti legum, vel mortem formidantes, nondico illam, facile que solet pralianibus euenire: sed eam que cum multa corporum afflictione, et multa crudelitate videtur accidere. Quam (ut ego puto) qui Leges graues Indorum. dam proualent nobis non per odium subiectis imposuere, sed admirandum

Duratio legum apud  
Iudeos.

Plato mirabilis apud  
Gracos.

Lycurgus Lacedemo-  
niorum legislator.

Iudeorum & Lacedemo-  
niorum comparatio.

quoddam spectaculum videre volentes, si qui sunt homines, qui unum tantummodo credant esse pessimum, si agere quicquam extra leges suas vel sermonem apud eos dicere compellantur. Non tamen mirari decet, si mortem fortissimè toleramus prolegibus, & ultra alios uniuersos. Non enim qua levia videntur nostris studijs alij facile patiuntur, hoc est operationem, cibiq; simplicitatem: Et ut nihil fortuitò, neque quod quisque desiderat vescatur aut bibat, aut ad concubitum quemlibet accedit, aut splendide vestiatur, aut sine nobilitate vacet. Sed illud attendendum est, si gladijs utentes, & hostes ab inuasione fugantes, praecepta legis circa cibos sustinere possunt. Nobis verò gratum est propter hac legibus obedire, & in illis fortitudinis specimen ostendere. Eant nunc Lysimachi & Colones, & quidam huiusmodi alij scriptores, improbi sophista, adolescentum deceptores, & quasi prauissimis nobis derogare contendant. Ego sāne nolim de legibus alienis examinationem facere. Noster enim

Moses Iudeis eos qui apud alios putantur Dij, proper appellacione in ridere ac blasphemare interdixit.

Deorum apud gentiles ingens numerus.

Fabula de Ioue & Pallade.

Iuppiter.

mos est propria custodire, non aliena potius accusare. Et ut neque rideremque blasphemare debeamus eos, qui apud alios putantur Dij, aperte nobis legislator interdixit propter ipsam appellationem. De accusatoribus autem per obiectiones suas nos increpare volentibus, tacendum non est, cum vi que non à nobis nunc sermo compositus eos arguere videatur, sed à multis probabiliter iam pramissus. Quis igitur eorum qui apud Græcos sapientia sunt mirabiles, non redarguit nobilissimos poëtas & principiū legislatores quoniam huiusmodi sectas de Deis ab initio populis inseruere, dicentes eos numero quidem quantos ipsi voluere, ex alterutris verò & diuersis nativitatibus procreatos? Hos autem diuidentes locis & habitaculis tanquam genera animalium, alios quidem sub terra, alios in mari, seniores autem eorum in tartaris vincētos esse dixerē: quib; is verò attribuere cœlum, his sermone quidem patrem, operibus autem tyrannum atque dominum superposuere. Propterea aduersus eum constituere insidias per uxorem, & fratrem, & filiam, quam ex eius capite fingunt generatam, ut alligantes eum appenderent, sicut ipse ille suum dicitur patrem. Hac instè accusatione digna conqueruntur, qui sapientia virtute praeceplunt. Hi super hac deridentes adiiciunt: Si Deorum alios quidem ephebos & adolescentes, alios autem seniores & barbatos esse credendum est, alios constitutos super artes, & quendam fabrum, aliam verò textricem, alium verò peregrinantem, & cum hominibus contentem, alios autem citharizantes aut arcu gaudentes: deinde inter alterutros seditiones effectas, & propter homines contentiones constitutas, ut non solum inter se alij alijs manus immitterent, sed etiam ab hominibus vulnerati lugerent malaq; perferrent: & quod super omnia est luxuriosus, si intemperantia permixtionis ueterentur: quomodo non erit incongruum amores & concupiscentias ad uniuersos attinere, simul masculos & ad feminas. Deinde fortissimus & primus eorum pater, seductas à semetipso, impragnatasq; mulieres, diruptas submersasq; spernit: & eos qui ex eo sunt natu neque liberare potest fato constrictus, neque sine lacrymis eorum perferre mortes. bona sunt hec, & his alia consequentia, id est, adulteria in cœlo visa, & sic impudenter à Dijs celebrata, ut iam alij inuidere se profiserentur in tali fœditate vincēto. Quid enim alij facturi non essent, dum neque senior atq; Rex valuerit

impetum

imperium suum à mulierum permixtione retinere. Alij verò feruientes homini-  
bus, & nunc quidem adificantes causa mercedis, nunc verò pascentes: alijs autem  
malignorum modo infero carcere colligati. Quem igitur sapientum talia nō ac-  
cendant, ut hac componentes redarguat, & multam stultitiam his credentium re-  
prehendat? Alij verò & terrorē quendam vel metum, necnon & rabiem, atq;  
seductionem, omnesq; pessimas passiones in Dei natura fingere presumere. Et  
horum quidem nobilioribus etiā ciuitates sacrificare suāsere. Siquidem in mul-  
ta necessitate consistunt, ut quosdā Deorum putent bonorum esse largitores, alios  
anteprī vocent aduersarios, quādo eos veluti malignissimos homines muneribus  
atq; donis placare contendunt, magnum quoddam malum se suscepturos ab eis  
existimantes, nisi mercedem eis studiose prabuerint. Quae igitur causa est tanta  
huius iniquitatis atq; delicti circa Deum? Ego quidem arbitror, eò quod neque  
veram Dei naturā ab initio eorū legislatores agnouerint, neq; quantū percipe-  
re potuere, perfectā sententiam diffinientes reip. tradidere: sed velut aliud quid-  
dam vilius neglexerunt, dantes potestatem Poëtis, ut quos vellent Deos intro-  
ducerent hac omnia patientes: rhetoribus verò ut de repub. scriberent, & de per-  
egrinis Dijs decreta proferrent. Sed etiā pictores & plastæ in hoc apud Gracos  
multam habuere potestatem, ut unusquisq; formam quam vellet secundū modū  
sua opinionis exponeret, alijs quidem ex luto quod vellet fingens alijs verò pin-  
gens. Opifices itaq; qui maximè putātur esse precipui, ebur & aurum habent, ad  
hoc susemp̄ nouitatis argumentum. Proinde apud eos priores quidem Dijs flo-  
rentes honoribus, senuerunt: alijs verò noui clām introducti, religione potiūs:  
& templorū alia quidem desolata, alia verō nuper secundū hominum volunta-  
tem adificantur: cum contra oporteat opinionem de Deo, eiusq; culturam im-  
mobili religione seruare. Apollonius siquidem ΔColon, unus fuit stultorum at-  
que tumentium. Eos autem qui vere in Graco philosophati sunt, neq; prædicto-  
rūs aliquid latuit, neque frigida allegoria causas ignorauere. quapropter illos  
quidem iustè spreuere, & circa veram decentemq; circa Deum opinionem no-  
bis fuere concordes. Quod Plato respiciens, neq; ullum quempiam Poëtarum di-  
cit in repub. esse suscipiendum: & Homerum honorificè amouet, coronatum &  
unguento delibatum, ne rectam opinionem de Deo fabulis forte destrueret. Pra-  
cipuè namq; Plato nostrū legistatorem imitatus est, in hoc quoq; quod illud pra-  
cipiuē suis ciuib; imperauit, ut omnes perfectè ediscerent leges, & ne fortuito  
aliquid extraneorum ciuib; misceretur, sed esset pura res publica, & in legum  
custodia perduraret. Horum nihil cogitans Apollonius ΔColon, nos voluit ac-  
cusare, quoniam non recipimus eos, qui alijs sunt opinionibus præoccupati: neq;  
communicari patimur eis, qui alia vita consuetudine degunt: cum neq; hoc pro-  
prium nostrum sit, sed commune cunctorum, non modo Gracorum, sed etiam  
qui inter Gracos cautissimi fuisse noscuntur. Lacedamonij namq; peregrinos  
etiam expellebant, & suos ciues peregrinari non sinebant, corruptionem ex-  
tra leges ex utroque metuentes. Illorum igitur citius sauitiam poterit quili-  
bet arguere, qui nullineque conuersationis neque cohabitationis sua participa-  
tionem exhibebant. Nos autem aliorum quidem res zelare non dignamur:  
participari verò cupientes qua sunt nostra libenter suscipimus: quod utique  
reor indicium magnanimitatis atque clementiae. Sed desino iam de Lacedemo-

Iniquitatis atq; dell.  
Et circa Deū causa,

Pictores & plastæ  
Deorum multū  
diuisi autores.

Plato nullū Poëtarū  
in Repub. esse susci-  
piendum statuit.

Lacedemonij pere-  
grinos expellunt.

Mos Atheniensium. nūs amplius disputare. Athenienses verò qui communem esse suam gloriantur omnibus ciuitatem, quomodo de his rebus habuerint, Apollonius ignorauit. Hi namque vel verbo solummodo, prater illorum legem, de Diis loquentes, incutia-

Socrates ciuis Athene- nensis. biliter punierunt. Cuius enim rei gratia Socrates est mortuus? non enim hosti- bus tradidit ciuitatem, neque templo vastauit: sed quia noua iuramenta iura- uit, εγδ quoddam damonium significasse referebat, serio seu ludens, sicuti quidam dicunt, propter hoc cicuta poculo morte multatus est. Insuper etiam corrūpe- re iuuenes eum accusator aiebat, εγδ conuersationem patria legesq; contemne- re. Et Socrates quidem ciuis Atheniensis, huiusmodi tormenta sustinuit. Anaxa- goras autem Clazomenius fuit. Et quia, existimantibus Atheniensibus sole- esse Deum, ille eum saxum ignitum asseruit, paucorum sententia morte damna- tus est.

Talengum co- talentum decreuerunt, si quis occi- ronati. dium talentum decreuerunt, si quis occi- res eum, quoniam eorum mysteria deridere ferebatur. Protagoras au- tem, nisi citò fugisset, comprehensus occisus fuisset, eo quod dubium de Diis Athe- niensium conscripsisse putabatur. Et quid oportet mirari, si circa viros fidei di- gnos talia gesisse noscantur, qui neque mulieribus pepercere? Etenim Sacerdo- tem quandam interfecerunt, quoniam eam quidam accusauit peregrinos colere Deos. decretum autem aduersus eos, qui peregrinum introducerent Deum, sup- plicium mortis inferebatur. Fgitur qui talis legi utebantur, palam est, eo quod aliorum non crederent esse Deos. Non enim si credidissent, seipso fructu ex plu- ribus Diis priuassent. Quin εγδ Scytha cadibus gaudentes humanis, εγδ paululum differentes à bestijs, arbitrantur tamen sua mysteria esse custodienda: εγδ Ana- charsim sapientiam mirabilem apud Gracos, aduenientem interemerunt, quoniam videbatur Gracorum Deorum ad eos venisse plenissimus. Multos autem εγδ apud Persas iuuenias pro causa tormentis affectos. Sed palam est, quoniam Apollonius Persarum legibus congaudebat, illosq; mirabatur: quippe cum Graci eorum fortitudinem atque concordiam unanimitatis, quam habuere de Diis, mirati sunt, hanc scilicet fortitudinem, quam in templis eorum concre- matis habuerunt. Is etiam studiorum omnium imitator extitit Persicorum, uxoribus alienis contumelias faciens, filiosq; execans. Apud nos autem mors decreta est, si quis vel irrationalia animalia hoc modo ladar: εγδ ab his legi- bus nos abducere neque timor potuit praeotentium potestatum, neque zelus co- rum qui apud alios honorantur. Sed neque fortitudinem ideo exercemus, ut bella auaritia causa suscipiamus, sed ut legum iura seruemus: εγδ cum alia de- trimenta mansuetè sustineamus, si quin de legibus mouere tentauerint, tunc etiam ultra virtutem rebellare contendimus, εγδ usque ad calamitates nouissi- mas perduramus. Cur itaque nos alienas emulemur leges, cum eas neque a le- gislatoribus suis seruatas esse videamus? Vel quomodo Lacedemonij non sunt ob inhospitalitatem reprehendendi, εγδ negligentiam nuptiarum? Elicentes verò εγδ Thebani ob coitum impudentem εγδ extranaturam cum masculis, quem optimo atque utiliter facere se putabant. Ergo cum hac ipsi omnino rebus efficerent, etiam suis legibus miscuere: quod tantum aliquando valuit apud Gracos, ut etiam Diis suis masculorum concubitum applicarent. eadem denique ratione germanarum nuptias retulere, huiusmodi satisfactionem rerum incongruarū, εγδ extranaturam pro libidine componentes. Desino nunc de supplicijs dicere, εγδ

Scythæ.

Mores Persarum.

Iudeorum in lege constantia.

Contra Legislatores gentium.

quantas

quantas ab initio prabuerint plurimi legislatores absolutions malignis hominibus, in adulterio quidem pecuniarum, in corruptione autem etiam nuptias sanguentes. Quantas autem occasiones continant de abnegatione pietatis, examinare longissimum est. Iam enim apud plurimos olim meditatio facta est transgreendi leges, quod non agitur apud nos, quando propter eas eorum diuitijs eorum ciuitatibus eorum bonis alijs priuatis sumus. Lex autem apud nos seruatur usque ad mortem. Nullus vero Iudeorum, neq; si procul abeat extra provinciam, Regem quamvis acerbum sic metuit, ut ultra ullum legis videatur timere preceptum.

Legislatorum iniustitia.

Igitur si propter virtutem legum taliter erga eas affecti sumus, concedant quoniam optimas leges habemus. Sin vero circa prauas nos leges iudicant perdura-re, quid ipsi iustissime non patientur, meliores non custodientes opere sanctiones?

Legis apud Iudeos exacta obseruatio.

Quia igitur longinquitas temporis verissima creditur omnium esse probatio, hanc ego testem faciam virtutis legislatoris nostri, opinionisq; quam ille de Deo contradidicit. nam cum sit infinitum tempus, si quis cum comparet aliorum legislatorum etatibus, hunc ultra omnes inueniet. Anobis itaq; declarata sunt leges,

Iudeorum leges antiquissime.

eorum cunctis alijs semper hominibus zelum sui potius prabuerunt. Primi quippe Gracorum, in speciem quidem iura patria conseruabant: ipsius autem Philosophiae tractatu illa securi sunt, de Deo similia sapientes, humilitateq; vita communio-

Leges gentilium.

nem inter alterutros edocentes. Quin etiam populi iam olim multum nostram pietatem amulantur: neq; est ciuitas Gracorum ulla usquam aut Barbarorum,

nec ulla gens ad quam septimana, in qua vocamus, consuetudo minime peruen-erit, ieuniaq; eorum candelabra accensa: atq; etiam ciborum apud nos solennia plurimi

apud multos iugiter obseruare conantur: insuper imitari etiam concordiam, quam nos inter omnes obtinemus, eorum rerum communionem, eorum industria in artibus,

eorum perdurationem necessitatibus habere pro legibus. Illud enim mirabilius est, quia absque exactore huius obseruationis, ipsa lex per se homines ita valuit obligare:

eum quemadmodum Deus in uniuerso mundo consistit, ita lex per cunctos ambu-lavit. Vnusquisq; enim, si suam regionem domumq; conficiat, his qua dicuntur a me

credere non recusabit. Oportet igitur cunctorum hominum sponte malitiam reprehendere. aut enim volunt nos isti aliena eorum prava iura, ante propria eorum me-

Epilogus huius libri.

lioraz elari: aut certe si hoc nolunt, quiescant nobis per inuidiam accusationes ingerere. non enim alicuius odio defendimus hanc causam, sed nostrum honora-

mus legislatorem, atq; credimus quae ab illo prophetata de Deo sunt. Deniq; nisi intelligeremus ipsi virtutem legum, at certe ob imitantum multitudinem pra-

clarè de eis sentire cogeremur. Sed de legibus quidem eorum de rep. nostra certissima

feci narrationem in his quæ de Antiquitate conscripsi. Nunc autem earum mentionem

feci quantum necessarium fuit, neq; aliorum vituperare iura, neq; nostra laudare

Cause, cur Josephus hos libros contra Apionem scripsit.

proponens: sed hoc agens, ut de nobis iniuste cōscribentes, eorum cōtra ipsam veritatē impudentissime cōtendentes, arguerem. Arbitror itaq; per hanc conscriptionem

abundanter me, que promisi, cōplessem. Ibi enim ostendi, hoc genus hominū contra quā calumniatores affirmāt, esse antiquissimū: eorum multis veterum in cōscriptio-

nibus suis memoriam habentium nostri, testes exhibui. Dixere itaq; Aegyptios

Brevis repetitio sūperius dicatorum.

fuisse progenitores nostros: eorum ostensum est, quia in Aegyptum venerint aliunde. Deinde sunt mentiti, quoniam exinde propter cladem corporis sint expulsi:

Alij

e apparuit quod voluntate eorum magnitudine fortitudinis ad proprias sint reuersi.

Intentio legum Ius  
daicarum.

*Alij verò tanquam nequissimo viro, legislatori nostro derogare contendunt: cuius virtuti dudum quidem multi post illum tempus verò longissimum perhibet testimonium. De legibus autem loqui amplioris sermone, non fuit opus. Ipsa namq; per se met ipsas apparuere pia, & verissimā habentes intentionem: & non ad hominum odium, sed ad rerum communionem potius inuitantes, iniquitatū inimica, cultricesq; iustitia, & luxum procul abucentes, frugalitatem verò ac industriam erudiantes, bellum causa auaritia nescientes: fortes autem pro se esse populos preparantes, ad supplicia retribuenda semper inevitabiles, verbis nequaquam circumueniri faciles, preparationes semper operibus exequentes. Hac enim nos semper opera manifestiora literis exhibemus. Quapropter ego confidens dico, quia plurium atque meliorum rerum, nos quam alij praeceptores sumus. Quid enim impreuaricabili impietate melius est? quid iustius, quam legib. obediens? quid utilius, quam inuicem unanimes esse, & neque in calamitatibus ab inuicem recedere, neque tempore felicitatum per iniurias disrepare: sed in bello quidem mortem contemnere, in pace verò artibus aut agricultura vacare: & semper & ubique credere Deum respicere, & solum omnia gubernare? Hec igitur, si quidem apud alios aut scripta sunt primitus, aut seruata, firmorem debemus nos gratiam illis tanquam eorum facti discipuli. Si verò nequaquam primitus extitere, his pricipue nos utentes cognoscimur, & primam eorum inventionem nostram fuisse declaramus. Apiones igitur & Colones, & quicunque mendacij derogatione congaudent, conuicti procul faceant. Tibi autem Epaphrodite, veritatem maxime diligenti, & per te similia nosse de nostro genere cogitantibus, hic libellus conscriptus esse dignoscitur.*

FLAVII IOSEPHI CONTRA APIONEM  
Libri secundi FINIS.

DES.



# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

# INDEX RERVM ET VERBO- RVM IN HOC FLAVI VII IOSE- PHI OPERE MEMORABILIVM fidelissimus ac locupletissimus.

## A

- A**aron mortuus. 95. Abiatharus sacerdotali honore priuatur. 220.  
 Aaronis virga germinat. 94. Abilamarodachus Iechoniam è vinculis dimittit. 202.  
 Aaronis filij. 78. Abimelechus septuaginta nouem fratres interficit. 135.  
 Aaroni Mosis fratri sacerdotiu confertur à Deo. 78. Abimelechus Thebas capit. 136.  
 Ab Atheniensibus honor Hyrcano habitus. 409. Abimelechus in Sicimitas mouet. 136.  
 Abraham Lothum captum cù Sodomitis reducit. 18. Abimelech Isacum inuidia motus expellit. 26.  
 Abrahamus primus verbi diuini concionator. 16. Abimelech amicitiam renouat cum Isaco. 26.  
 Abrahamus egregius Astronomus. 17. Abimelech amore Saracaptus. 20.  
 Abrahamus AEgyptios religionem docuit & ar-  
tes. 17. Abilmelechum mulier ferit, & armiger eum occi-  
dit. 137.  
 Abraham moritur etatis anno 175. 25. Abimelechum Sicimita expellunt. 136.  
 Abrahami obedientia. 22. Abisaeus. 212.  
 Abrahamo Deus progeniem eius malos vicinos in  
AEgypto habituram pranunciat. 18. Accra. 227.  
 Abaneis. 75. Achas quintus ex fratribus antequam prostrati iu-  
beretur, in medium pro rumpit. 928.  
 Abel à Cain imperfectus. 6. Achabus & Iosaphatus in Syros mouent. 255.  
 Abdagafus Asinaum interficere vult, quod Arta-  
banus permittere recusat. 541. Achabus in bello vulneratus, moritur. 256.  
 Abdon Index. 138. Achabus ob dimissum ab ipso Adadum taxatur.  
 Abdemonus. 881. 253.  
 Ab Apione quadam valde frigida conscripta. 895. Achabus in gratiam recepero Adado fædus cum co-  
facit. 253.  
 Abia ad Hebraeos oratio, qua desertionem & impie-  
tatem eis exprobaret. 243. Achabus Eliam querit. 248.  
 Abenerus Nerifilius Saulifilius Iebosthum populi  
Regem constituit. 185. Achabi septuaginta liberi Samaria trucidati. 268.  
 Abenerus contra Iuda tribum copias educit, cui Ioa-  
bus cum uniuerso Dauidis exercitu occurrit. ibid. Achabi pænitentia. 251.  
 Abenerus apud seniores populi, praefectosq; militiae,  
ut ad Dauidem desiscerent, loquitur. 186. Achabi cruentem canes iuxta Elia prædictionem lam-  
bunt. 256.  
 Abnerus à Dauidem comiter exceptus, amicè dimis-  
titur. 187. Achabum Elias impietas accusat. 248.  
 Abenerus ad Dauidem in Hebronem mittit legatos,  
qui suo nomine fædus cum eo ferirent. 186. Achazes aurum & argentum templi, Damascum Af-  
syriorum Regi defert. 279.  
 Abenerus in fugam conuersus, Afael trucidat. 185. Achazes Syrorum Deos, templo Hierosolymorum cū  
sō colit. 279.  
 Abesalomus sororē Thamarum solatur. 200. Achaza impietas. 278.  
 Abesalomus vindicta opportunitatem exspectat, ibi.  
 Abesalomus patrem ac fratres ad solenne coniuicium  
inuitat, & Ammonem vino sepultum trucidari  
curat. ibid. Achazamors. 279.  
 Abesalomus reductus patris Dauidis conspectum de-  
uistare iubetur. 201. Achar quadam ex predatione contra Dei mandatum abs-  
condit. 118.  
 Abesalomus patris sui affectat regnum astutè satis  
& callide. 201. Achor sorte deprehenditur & punitur. 118.  
 Abesalomus Rex ab uniuersis salutatur. 202. Achia propheta Hieroboamum decem tribuum Regem  
futurum ostendit. 237.  
 Absalomus Jordarem traxit. 205. Achimalechi prodictionis à Saulo insimulati apologia.  
 Absalon callide per mulierem à Ioabo subornatam  
renovatur Hierosolyma. 200. 172.  
 Absalomi Hierosolymis nati liberi. 201. Achitophel Abesalomo ut cum paternis pellicibus con-  
grederetur suadet. 203.  
 Absalomus columnam marmorea. 206. Achitophelis consilio suadentis Dauidem bello pro-  
sequendum Chusim se opponit. 203.  
 Abias contra Ierobosmum exercitum collegit. 243. Achitophel, suo consilio explosi, laqueo sibi vitam fi-  
nit. 204.  
 Abias victoria potitur. 243. Achitophel ad Abesalomum deficit, cuius consiliane  
succedant, Dauid precatur. 203.  
 Abigae Nabali uxori munericibus Dauidē placat. 176.  
 Abiathar manus Sauli elapsus, Dauidi pastris & sa-  
cerdotum nuncias cadem. 173. Accusatio & epistola falsa Legatorum contra Iosephū.  
 602.  
 Adar, Martius. 361.

B b b b b b

Adadus

# I N D E X.

<i>Adadus Damasci &amp; Syrorū rex à Davide pralio vinci-</i>		
<i>tur.</i>	193.	
<i>Adamus iram Dei deprecatur.</i>	5.	
<i>Adami &amp; Eue lapsus.</i>	5	
<i>Adami pæna.</i>	6.	
<i>Adami etas 930. anni</i>	8	
<i>Adamum Deus alloquitur.</i>	5.	
<i>Aderus Solomoni infensus.</i>	236	
<i>Aderus in Aegyptum profugit.</i>	ibid.	
<i>Aderus Pharaonem ut sibi in patriam reuertiri per-</i>		
<i>mittat, orat.</i>	ibid.	
<i>Aderus in Idumeam reuertitur, inde in Syriam</i>		
<i>se confert.</i>	ibid.	
<i>Ad mortē natī sumus, eamq; fugere ne fortissimi qui</i>		
<i>dēm possunt.</i>	868.	
<i>Ad Alexandrum sex millia hominum confluunt.</i>	391	
<i>Ad Lothum angelī divertunt.</i>	19.	
<i>Ad Manethonis de Moysē maledicta responsio.</i>	892.	
<i>Ad Deum respicientibus eiq; vim fidentibus pietatis</i>		
<i>fructus integer manet.</i>	570.	
<i>Ad Anileum, ingens perditorum hominum multi-</i>		
<i>tudo confluit, qui Babylonios inuadunt.</i>	543.	
<i>Adhortatio ad contemnendam mortem, à tempore</i>		
<i>&amp; rei statu desumpta.</i>	867.	
<i>Adhortatio ad considerationem auxiliū &amp; beneficij</i>		
<i>Dei Israëlii exhibiti.</i>	157.	
<i>Adiabenorum magnates cum Abia Arabum rege cō-</i>		
<i>tra Izatēm fædus faciunt.</i>	572.	
<i>Adiutores Solomonis in templo exadificantō.</i>	214.	
<i>Adonias cum Abisace coniugium experit.</i>	219.	
<i>Adonias interficitur.</i>	220.	
<i>Adonias ex coniugio se proripiens ad altaris cornua</i>		
<i>confugit.</i>	216.	
<i>Adonias affectat regnum.</i>	214.	
<i>Adulterij leges &amp; Zelotypie.</i>	83.	
<i>Adultera accusatio contra Iosephum.</i>	38.	
<i>Agar Saram contemnit.</i>	19.	
<i>Agatharchidis de Iudeis testimonium.</i>	886.	
<i>Agrippa ad Flaccum Syriae Pr̄sidem se confert.</i>	528.	
<i>Agrippa quād Herodes Iudeis magis facit.</i>	564.	
<i>Agrippa per Marsyam à Protopecuniam mutuatur.</i>	528.	
<i>Agrippadum Herennius Capito pecuniam ab eo ex-</i>		
<i>torquet noctu Alexandria nauigat.</i>	528.	
<i>Agrippa cum alijs aliquot ad Claudium mittitur.</i>	559.	
<i>Agrippa Hierosolymis Hecatonbem immolat.</i>	463.	
<i>Agrippa ab Agrippina, ut Claudius Iudeorum can-</i>		
<i>sas cognoscat, precibus obtinet.</i>	576	
<i>Agrippa senati suam sententiam exponit.</i>	559.	
<i>Agrippa Fortunatum libertum cum muneribus &amp;</i>		
<i>literis contra Herodem ad Imperatōrem mittit.</i>	537.	
<i>Agrippa à Lesbo digressus.</i>	466.	
<i>Agrippa ab Antonia Germanici &amp; Claudi⁹ matre</i>		
<i>trecentam illiam mutuo petit.</i>	529.	
<i>Agrippa Iudeis adiūm tributum remittit.</i>	563.	
<i>Agrippa Agrippa filius.</i>	566.	
<i>Agrippa Marso Syriae Pr̄sididum quinque reges ad</i>		
<i>se venientes discedere iubet, infensus.</i>	565.	
<i>Agrippa in theatro Deus consalutatur, Bubonem vi-</i>		
<i>det, &amp; ut Germanus prædixerat, quinto die mori-</i>		
<i>tur.</i>	567.	
<i>Agrippa quamdiu vixerit &amp; regnauerit.</i>	566.	
<i>Agrippa domum praaltam exstruit unde tuncta que</i>		
<i>circa templum fierent contemplari poserat: Iudei</i>		
<i>altiore parietem excitant qui regis prospectum</i>		
<i>arcet, &amp; apud Neronem Poppea precibus illumilla</i>		
<i>sum impetrant.</i>	579.	
<i>Agrippa Tiberiade habitat.</i>	528.	
<i>Agrippa in Italiam Puteolis, inde ad Tiberium Cesare</i>		
<i>peruenit.</i>	529.	
<i>Agrippa ad audiendum Eutychum instat, quo facto</i>		
<i>propter verba quadam ei vincula sunt iniecta.</i>	530	
<i>Agrippa Alexandria pecuniam mutuatur.</i>	528.	
<i>Agrippa Iudeorum immunitatē confirmat.</i>	466	
<i>Agrippa Berytiam ciuitatem eximis ornamenti ho-</i>		
<i>norat.</i>	565.	
<i>Agrippa terrestri itinere Ephesum peruenit.</i>	464.	
<i>Agrippa in Asiam missus.</i>	456.	
<i>Agrippa sex menses in custodia fernatus.</i>	533.	
<i>Agrippa in suum regnum nauigat.</i>	534.	
<i>Agrippa Roma degens ob liberalitatem immodicam</i>		
<i>ad inopiam redactus.</i>	527.	
<i>Agrippa Hierosolymorum muros permunit.</i>	564.	
<i>Agrippa ditio ampliatur.</i>	577.	
<i>Agrippa Herodes Antipatrum Romanum ducentā tra-</i>		
<i>dit.</i>	468.	
<i>Agrippa Germanus quidam fortunam florentem &amp;</i>		
<i>vita terminum prædicti,</i>	531.	
<i>Agrippa liberi superstites.</i>	566.	
<i>Agrippam Herodes apud Sinopen Ponticam urbem</i>		
<i>offendit, &amp; ab eo honorifice excipitur.</i>	463.	
<i>Agrippam Caius Tetrachia regem constituit</i>	534.	
<i>Agrippina Messalina &amp; Pasina Claudi⁹ uxores.</i>	577.	
<i>Agrippium.</i>	650.	
<i>Aggeus &amp; Zacharias propheta.</i>	314.	
<i>Ain expugnata atque combusta.</i>	119.	
<i>Albinus Iudea procurator.</i>	580.	
<i>Alcimus siue Iacimus pontifex.</i>	359.	
<i>Alcimus pontifex cum perfugis Iudeā apud Demetriū</i>		
<i>accusas.</i>	359.	
<i>Alcimus popularem auram sibi concilians, eos qui sunt</i>		
<i>Iudea partium occidit.</i>	360.	
<i>Alcimus Iudam apud Demetrium accusat.</i>	360.	
<i>Alcimus Pontifex mortuus.</i>	361	
<i>Alexander in templo Hierosoly sacrificans, vaticinio</i>		
<i>de ipso Danielis ostendo maximam Iudeis libertate</i>		
<i>concedit.</i>	330.	
<i>Alexander Aristobuli filius contra Hyrcanum ma-</i>		
<i>gnam manum congregat.</i>	626.	
<i>Alexander &amp; Aristobulus crebro matrem implorat,</i>		
<i>id quod Herodis animum succedit.</i>	655.	
<i>Alexander Herodi parenti Eunuchus corruptit, &amp;</i>		
<i>quod regni sit futurus successor predicit.</i>	656	
<i>Alexander ad DCCC crucibus suffigi &amp; in corundem</i>		
<i>conspectu uxores &amp; liberos trucidari iubet.</i>	392.	
<i>Alexā. Thracida cognomē apud Iudeos inuenit.</i>	392.	
<i>Alexander in vinculis quatuor libros aduersus inimi-</i>		
<i>cos conscribit.</i>	657.	
<i>Alexander Ptolemao, ut Zoilū tolleret perfuderit.</i>	388.	
<i>Alexander.</i>	897.	
<i>Alexander quartano febrī recurso fatigatur.</i>	622.	
<i>Alexander suo &amp; fratri nomine parentis accusatio-</i>		
<i>nem diluit.</i>	469.	
<i>Alexand. Hierosolyma obsidere volēs, pontificē obuiū</i>		
<i>cunctem honorifice excipit, ob visionem eodem ha-</i>		
<i>bitu ante oblatam.</i>	330.	
	Alexan-	

# I N D E X.

- Alexander cum Demetrio armis decernit, cunctosq; conductios milites amittit. 391.  
 Alexander & Aristobulus omnes lachrimis etiā parē tem accusatō ad misericordiam commouēt. 460.  
 Alexander à Iudeis bello peritus, potentissimos eorum in Bethoma oppugnat. 392.  
 Alexander coniugi quomodo secure regnare possit, ostē dit. 394.  
 Alexander Aristobuli filius ad defectionē Iudeos iterum reducit. 628.  
 Alexander Polybius. 24.  
 Alexander & Aristobulus à Salome ac Pherora ad cōuicia illeūti, apud Herodem traducuntur. 466.  
 Alexander obiecta crima non inficiatur, sed per scripturam parenti structas insidias fatetur, quarum Pheroras, Salome, Ptolemaeus, & alij regis fidelissimi participes essent. 479.  
 Alexander per sex annos quinquaginta millia Iudeorum interfecit. 620.  
 Alexander ad Prefectum arcis Alexandrii, ut se recipere, scribit. 484.  
 Alexander Herodi quod ab Archelaum discedere decreuit, fatetur. 484.  
 Alexander victoriam ab Theodoro amittit. 620.  
 Alexander 100000. peditum & 1500. equitum congregat. 626.  
 Alexander Ionathan in suas partes traducere conatur pontificatum deferendo. 367.  
 Alexander Aristobuli filius principatum inuadit. 405.  
 Alexander Antiochi Epiphanis filius in Syriam veniens, Ptolemaidem occupat. 366.  
 Alexander rex Syriae Cleopatram Philometoris filiam dicit. 370.  
 Alexander & Aristobulus in quib. peccauerint. 489.  
 Alexander ad Ptolemaidem exercitum dicit, eamq; oppugnat. 388.  
 Alexander in confictu cū Antiocho Grypho cœsus. 383.  
 Alexander alterum fratum interficit, alterum in honore habet. 388.  
 Alexander à Gabinio vicit. 405.  
 Alexander dona Ionatha mittit. 371.  
 Alexander post obitū Philippi Macedonum rex. 328.  
 Alexander cum hostibus prælio decertat, & sex millia militum amittit. 626.  
 Alexander ab armis requiescit. 621.  
 Alexander & Aristobulus Sebaste strangulati in Alexandria sepeluntur. 488.  
 Alexander cum Obada regi Arabum congressus totū exercitum amittit. 620.  
 Alexander Arabia & Amathunti castello bellum infert, illudq; captum funditus eruit. 620.  
 Alexander Lysimachus Alabarcha. 561.  
 Alexandri & Aristobuli impatientia. 475.  
 Alexandri vicit in Arabiam fuga, & cades. 572.  
 Alexandri cū Demetrio pugna & vicit. 368.  
 Alexandri copias Arabum Rex in fugam vertit, maximamq; partem trucidat. 621.  
 Alexandri familiam magnum infortuniū incurrit. 396  
 Alexandri morbus. 393.  
 Alexandri mors. 394.  
 Alexandrum quidam quod Romā cōtra parentem ad amicos literas miserit, accusat. 478.  
 Alexandrum filium Herodes timer. 656  
 Alexandrum, Aristobuli fratrem Regina Regem constituit, qui è vestigio crudeliter agit. 620.  
 Alexandra Pharisaeus ultro paret. 622.  
 Alexandra, Alexandri cōiunx pietatis opinione principatum obtinet. 622.  
 Alexandra Herodi suspecta obseruatur. 435.  
 Alexandra in Aegyptum aufugere cogitat, insidia vero Herodi patet fuit. 436.  
 Alexandra se excusat & Herodi reconciliatur, dum Pontificatum filio promittit. 425.  
 Alexandra Iudeis castellorum custodiam credit. 395.  
 Alexandra, Herode absente, urbis arces in suam potestatem redigere conatur. 449.  
 Alexandra Hyrcani filia, uxor Alexandri Aristobuli Regis filii, Cleopatra ut Pontificatum filio suo petat ab Antonio scribit. 434.  
 Alexandra Hyrcanum patrem solicitas, & ut à Matto tutelam peteret, monet. 444.  
 Alexandra moritur, & Hyrcanum regni successorem constituit. 623.  
 Alexandra Cleopatra Herodis insidias, & filii miserabilem interitum, indicat. 437.  
 Alexandra imperfecta. 450.  
 Alexandra Damascum nulla re memorabili gesta, capit. 622.  
 Alexandra indecorē se filia criminis non consciente vult ostendere. 449.  
 Alexandrium & alia castella diruta. 404.  
 Alexandri mater. 404.  
 Alexandria pars ora maritima. 897.  
 Alani medium terram prædandi causa perniciūt. 861.  
 Allus Cæsaris libertus Agrippa mutuo dat pecunia. 529.  
 Altare & vase ad illud pertinens. 227.  
 Altare areum. 228.  
 Altitudo, longitudo, & latitudo templi. 225.  
 Amalecita Davidi Regem Saulum cœsum nunciat, & eius cœdis argumenta armillas aureas & insignia regium affert. 184.  
 Amalecita monent in Israelitas. 66.  
 Amalecitarum rex Samuelis iussu interficitur. 162.  
 Amalecitarum gens expugnata & incensa Sicella, primam abegerunt. 181.  
 Amalecitas internecione delendos prædictio. 68.  
 Amalecitas plectendos. 112.  
 Amalecitas fundunt fugantq; Israelita. 67.  
 Aman ab omnibus, exceptis Iudeis, adoratur. 321.  
 Aman odio & consiliis eius in Iudeos in coniunctione patesfactis, suspenditur. 325.  
 Amor multitudinis erga Iosephum. 603.  
 Amos rex Iuda impius. 287.  
 Ammanitarum spolia. 258.  
 Amnon morbum simulans, patrem ut sororem ad se mittat, peccat. 199.  
 Amnon sorori ut sui copiam faceret, suader. ibid.  
 Amnon sororem reluctanter per vim opprimit, mos exosam & fastiditam extrudit. ibid.  
 Amnon Davidis filius, Thamarum Absolonis sororem deperiens, in morbum incidit. 199.  
 Amanis facultates Mardochæo dantur. 326.  
 Amonius & Cæsar cum Herode in Capitolium ascendunt. 423.  
 Amanis in Mardochæum odium. 324.  
 Ammanite exterorum societate mercede impetrata in Davidem copias parant. 195.

# I N D E X.

<i>Ammanita &amp; confederati scipios insicem trucidant.</i>	258.	<i>Annus Rufus Iudea p̄fes.</i>	528.
<i>Amplitudo Iudea.</i>	88.b	<i>Annona caritas in Aegypto.</i>	43.
<i>Ampliatio regni Israeliticus.</i>	275	<i>Annona caritas principatu Claudij,</i>	88.
<i>Amarinus Rex Israeliticus.</i>	246	<i>Annus iobelus.</i>	84.
<i>Amarames futurus Mosis parens Deum orat pro Hebreis.</i>	50	<i>Ananus apud Albinum accusatus.</i>	580.
<i>Amarinus moritur, eiq̄ Achabus filius in regno succedit.</i>	241.	<i>Antigonus auriculas Hyrcani dentibus trunca.</i>	
<i>Amoraeos Hebrai fundunt fugantq;</i>	96.	<i>Antigonus Aristobuli filius ab Herode fugatus.</i>	
<i>Amororum terrasitus.</i>	97.	<i>Antigonus Massada m̄ obinet.</i>	638.
<i>Amasias à prophetā propter Idolatriam reprehendi tur.</i>	274.	<i>Antigonus Parthis, si ab Hyrcano in illum regnum transferrent pecuniam pollicitur.</i>	419.
<i>Amasias Rex Hierosolymitanus.</i>	273.	<i>Antigonus quosdam qui Herodianos frumentatores per insidias intercipiērent mittit.</i>	425.
<i>Amasia ab Israelitarum Rege captus: Hierosolyma diruta &amp; templum spoliatum.</i>	275.	<i>Antigonus apud Aristobulum falso accusatus.</i>	386.
<i>Amasias Hierosolymorum Regis in Ioam Israelitarū Regem expeditio.</i>	274.	<i>Antigonus à Parthis in Iudaam reductus Hyrcanone in regnum restituueretur, auriculas amputat.</i>	
<i>Amasia de Idumais victoria.</i>	274.	<i>Antigonus Romanum exercitum alere recusat.</i>	
<i>Amasia cades.</i>	275.	<i>Antigonus Herodi quod non ex stirpe Regia progenitus, sed semi Iudeus sit exprobrat.</i>	423.
<i>Amathus diruta.</i>	391	<i>Antigonus Aristobuli filius apud Cesarem Hyrcanū &amp; Antipatrum accusat.</i>	409.
<i>Amathenorum Rex Davidis societatem petie.</i>	193.	<i>Antigonus securi obtruncatur.</i>	644.
<i>Ananias Nebedas filius, Camyda pontifici succedit.</i>	574.	<i>Antigonus Aristobuli filius ad Cesarem, Pompejus dios de morte patris accusatur, venit.</i>	629.
<i>Ananias Costobarus &amp; Saulus ad spoliandos infirmio res promptissimi.</i>	581.	<i>Antigonus de fratre nihil malis suspicatur.</i>	619.
<i>Ananias unus ex legatis, vir malus &amp; maleficus.</i>	602.	<i>Antigonus interficitur.</i>	619.
<i>Ananias, Ananias, Cumanus, Celer alijq, nonnulli Romanū missi.</i>	576.	<i>Antigonus Hyrcanum &amp; Antipatrum falso accusat.</i>	
<i>Ananus apud Albinum accusatus.</i>	580.	<i>Antigonus apud Aristobulum falso accusatur.</i>	619.
<i>Ananus quinque filios summi Dei pontificio potitos habet.</i>	580.	<i>Antigoni in Iosephi cadaver immanitas.</i>	643.
<i>Ananus Sethi filius in Ioa Zari pontificis locum surrogatus.</i>	519.	<i>Antigonus Aristobuli filium Ptolemaus Mennaeus adoptat.</i>	417.
<i>Ananelo Herodes dat summum sacerdotium.</i>	434.	<i>Antipater precib⁹ Herodem ut pacta cōnubialia mutantur flectit.</i>	491.
<i>Ananelo Herodes pontificatum abrogat.</i>	435.	<i>Antipater Malichi instinctu venenum bibit.</i>	632.
<i>Anna Helcana uxor liberos à Deo petit.</i>	145.	<i>Antipater Iudeorum potentiores in Aristobulum cōcitat.</i>	398.
<i>Anaxagoras.</i>	913.	<i>Antipater pecunia &amp; donis hominū fauorem sibi conciliare conatur.</i>	662.
<i>Anchus secum Dauidem contra Hebraos educit, quā Palæstinorum Ducibus reprobatur.</i>	187.	<i>Antipater Herodem &amp; aulicos calumnijs in fratres inflamat.</i>	654.
